ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 02171 702 7

GENEALOGY
942.009
C164C
v.1
Pt.2

Catholic Church. Diocese of
Lincoln (England).
Rotuli Hugonis de Welles,
Episcopi Lincolniensis

PART II. JUNE, 1905.

# The Canterbury and York Society.

# DIŒCESIS LINCOLNIENSIS,

## ROTULI HUGONIS DE WELLES,

### PARS SECUNDA.

LONDON: ISSUED FOR THE SOCIETY AT 124, CHANCERY LANE.

Allen County Public Library
900 Webster Street
PO Box 2270
Fort Wayne, IN 46801-2270

# NOTE.

SINCE Part I was issued some errors therein have been noted, and some identifications of places have now been determined which at the time of going to press could not be ascertained. For several of these thanks must be given to members possessed of local knowledge who have kindly forwarded them. Readers will be glad to have them without waiting for their appearance in the completion of the volume.

Page 2. Westone is probably *Edith Weston, Rutland.*
" 2. Under HUNTEDYN. The convent of Eu'm is Wilsford, Lincolnshire, founded by Hugh de Evermue.
" 3. Line 14 from foot. It is an assumption that "W." should be extended as "William".
" 4. Middelton is *Milton Ernest.*
" 6. Line 17, for "St. Ebrulf" read "*St. Evroult*". Also on p. 49.
" 7. Line 4, for "patron" read "*patrons*".
" 9. Line 6 from foot, for "Prohibition to" read "Prohibition by".
" 10. Line 15 from foot. Insert "presented" before "by".
" 11. Cumberword. Insert reference, "see page 57".
" 14. Line 11, for "2*s.*" read "10*s.*"
" 15. Line 1, for "placed in charge" read "instituted".
" 19. Line 8, for "Officiale" read "Officiali".
" 21. Line 5, for "mark" read "one gold piece".
" 26. THOTINTONA is *Toynton St. Peters, Lincoln.*
" 27. Ridlington is in Rutland, not Northamptonshire.
" 29. Line 9, after "*Robert*" insert "*de*". Add reference, "see p. 45".
" 30. Line 11, for "Latin" read "Lateran".
" 34. Line 5 from foot, for "Graham" read "Grantham".
" 37. Line 17, for "*Ralph*" read "*Richard*".
" 38. Line 3 from foot, for "Coventriensi" read "Coventrensi".
" 39. Line 1, for "H" read "A".
" 41. As to Farninghame cf. entry of "Citerton" on page 121. Peter Sarraceni was a Roman Knight.
" 41. Line 6, for "Serepstone" read "Suepestuna".
" 45. Hybaldestowe: add reference, "see p. 29".
" 47. Line 21, for "H" read "A".
" 48. Line 2, for "Sagio" read "Sees". Also on p. 51.
" 51. Gayton is probably in Northamptonshire, not Gayton le Marsh, Linc.
" 55. Line 10 from foot, for "Wotton" read "Wootton", and for [NORTHANTS?] read LINCS.
" 57. Line 20, insert "bargain" after "irregular", and insert reference, "see page 11 ante".
" 61. Lines 8 and 9 from foot, for "Marham" read "Marholme", and for "LINCS." read "NORTHANTS".
" 62. Line 5, delete the notes of interrogation. Line 13 from foot delete note of interrogation, and insert "BEDS." Add reference, "see p. 69 post".
" 64. Line 3, for "Camiston" read "Kempston". Line 4, for "Abbot" read Abbess".

This list of corrigenda is a long one for so small an instalment as Part I. Yet it is quite possible, even probable, that it may hereafter be augmented before the printing of the whole of the two general rolls has been completed.

---

The Latin title, "*Societas Cantuareboracensis*", which was suggested and adopted on the cover of Part I as being of a distinctive character, and suitable for an association dealing mainly with medieval Latin records, has been replaced by the English name of the Society. Some have suggested that the word might suggest the title of some remote bishopric in the recesses of Asia Minor. Much valuable criticism has been received from members of the Society, and it is needless to say that such, whether consisting of suggestions or emendations, will continue welcome to the Editors.

[*William, chaplain, instituted to the church of Sulgrave; presented by the Prior and Convent of St. Andrew, Northampton.*] NORTHANTS.

SULEGRAVE.—Willelmus, capellanus, presentatus per Priorem et conventum Sancti Andree Norhamtoniensis ad ecclesiam de Sulegrave, admissus est et institutus in eadem, omnia que ad eandem ecclesiam pertinent percepturus preter garbas, et ministraturus in eadem ; et mandatum est Archidiacono ut mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*Robert de Scredecota, clerk, instituted parson of Cranford; presented by the Abbot and Convent of St. James, Northampton. An ancient pension is reserved to the Abbot and Convent.*] NORTHANTS.

CRANEFORDE.—Robertus de Scredecota, clericus, presentatus per Abbatem et conventum Sancti Jacobi Norhamtoniensis ad ecclesiam de Craneforda, facta inquisitione super eadem per Archidiaconum Norhamtoniensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem persona, salva eisdem Abbati et conventui debita et antiqua pensione ; et mandatum est eidem Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*The church of Barton* [*Westcot*] *and* [*the chapel of*] *Sandford* [*St. Martin*] *are dealt with as is contained in the Register of Charters.—Lib. Antiq., 2, 81.*] OXON.

BURTONE.—De ecclesia de Burtona et de Saunforda actum est sicut in Registro Cartarum plenius continetur.

---

[*W. de Wigentone, clerk, instituted to the church of Wigginton ; presented by Ralph, son of Robert. He is instituted subject to the rule of the Council, since he has elsewhere a benefice of fifty shillings.*] OXON.

WYGINTONE.—W. de Wigentona, clericus, presentatus per Radulphum filium Roberti ad ecclesiam de Wygentona, cum per inquisitionem per Archidiaconum Oxoniensem inde factam negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem sub pena Concilii, cum alias habeat beneficium ecclesiasticum quinquaginta solidorum.

---

[*Gregory de Stanes, clerk, instituted to the parsonage of Sudborough, saving to Sampson de Aswelle a perpetual vicarage, subject to an annual pension to the rector of one gold piece; presented by the Abbot and Convent of Westminster.*] NORTHANTS.

SUTHBERG.—Gregorius de Stanes, clericus, presentatus per Abbatem et conventum Westmonasteriensem ad personatum ecclesie de Sutburgia, cum per inquisitionem per Archidiaconum Norhamtoniensem inde factam negotium esset in expedito, ad personatum ejusdem ecclesie est admissus et persona institutus, salva Samsoni de Aswella, clerico, perpetua vicaria quam habet in eadem ecclesia, reddendo singulis annis eidem Gregorio tanquam persone unum aureum nomine pensionis ; et mandatum est eidem Archidiacono ut mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*Walter, son of Walter, instituted to the church of St. Mary of Sacomb; presented by Robert, son of Walter.*] HERTS.

SAUECAMPE.—Walterus, filius Walteri, presentatus per Robertum, filium Walteri, ad ecclesiam sancte Marie de Sauekampa, facta inquisitione per magistrum Willelmum, Officialem Huntingdoniensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem ; et injunctum est Archidiacono ut mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Roger de Boclande, instituted to the church of Welby, notwithstanding a claim in the same church made by a monk of Welby who did not pursue it, and presented by Sir G. de Boclanda. An ancient pension reserved to the said G.*] LINCS.

WELLEBY.—Magister Rogerus de Boclanda, presentatus per dominum G. de Boclanda ad ecclesiam de Welleby, facta inquisitione per Magistrum W. de Brancewella super eadem, custodiam illius ecclesie per Officialem domini Episcopi fuit adeptus. Qui postmodum ab Episcopo admissus est et institutus in eadem, salva predicto G. debita et antiqua pensione, non obstante reclamatione prius facta a monacho de Welleby, qui se jus in eadem ecclesia habere dicebat, quod tamen non est prosecutus.

---

[*Saher, clerk, obtained charge of the church of Diddington. The said Saher afterwards coming to Linton was instituted parson of Diddington on condition that he attend the schools, otherwise to be deprived; presented by John de Littlebiria.*] HUNTS.

DUDINGTONE.—Saerus, clericus, per annum de concessione domini Episcopi custodiam ecclesie de Dudingtona in Archidiaconatu Huntingdoniensi est adeptus, presente Archidiacono loci.

*This entry is continued on the dorse :—*

Idem Saerus postea apud Lentonam, ad presentationem Johannis de Littlebiria, fratris sui, ad ipsam ecclesiam de Dudingtona postea est admissus, et in ea canonice persona institutus, facta prius inquisitione per R., Archidiaconum Huntingdoniensem, per quam negotium fuit in expedito. Et quia prefatus Saerus ad supradictam ecclesiam sub hac forma est admissus, videlicet, quod scolas frequentet, et si non frequentaverit quod illa ecclesia privetur, mandatum est prefato Archidiacono quod eundem Saerum in illius ecclesie possessionem corporalem inducat, ita quod, si scolas non frequentaverit, ecclesiam antedictam capiat in manum domini Episcopi.

---

[*Alan Costein, clerk, instituted to a moiety of the church of Weldon; presented by the Prior and Convent of Launde. An ancient pension of two marks reserved to the Prior and Convent.*] NORTHANTS.

WELLEDONE.—Alanus Costein, clericus, presentatus per Priorem et conventum de Landa ad medietatem ecclesie de Welledona, facta inquisitione per Archidiaconum Norhamtoniensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem, salva dictis Priori et conventui singulis annis duarum marcarum pensione ; et mandatum est eidem Archidiacono ut mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*John, son of Robert, clerk, instituted parson of Withcall; presented by Brother Hugh de Alneto, Prior of the Brethren of the Hospital of St. John of Jerusalem. A pension of 20s. retained in the Bishop's hand until the Prior and Brethren prove that it is due and ancient.*] LINCS.

WITKALLE.—Johannes, filius Roberti, clericus, presentatus per fratrem Hugonem de Alneto, Priorem Fratrum Hospitalis

Jerosolimitani ad ecclesiam de Witkalle, admissus est et persona institutus in eadem, salva pensione viginti solidorum, que retenta [est] in manu domini Episcopi, donec Prior et Fratres ipsam probaverint debitam et antiquam; et mandatum est magistro J., Officiali, ut mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*Henry de Wygentona, chaplain, presented to the church of Adwell; presented by Ralph, son of (? Robert, vide Wigginton, p. 65 supra).*] OXON.

ARDULVELLE.—Henricus de Wygentona, capellanus, presentatus per Radulphum filium (*sic*) ad ecclesiam de Ardolvella, facta prius inquisitione per Archidiaconum Oxoniensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, cum onere ut, in eadem ecclesia residens, eidem in propria persona deserviat; et mandatum est eidem Archidiacono ut ipsum secundum eandem formam mittat in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Robert, chaplain, instituted to the church of Crowmarsh [Gifford]; presented by the Prioress and Convent of Goring; a pension of 20s. reserved to them. He is to reside and serve personally.*] OXON.

CRAUMERSE.—Robertus, capellanus, presentatus per Priorissam et conventum de Garinges ad ecclesiam de Cramerse, cum per inquisitionem inde per Archidiaconum Oxoniensem factam negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva dictis Priorisse et conventui pensione viginti solidorum. Et debet idem capellanus residentiam facere, et in eadem ecclesia in propria persona in officio sacerdotali ministrare; et mandatum est eidem Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*Manasses, clerk, instituted to a moiety of the church of Beachampton; presented by William de Bechamptone, knt. He is to be ordained at Lincoln, so that he may serve personally.*] BUCKS.

BECHAMPTONE.—Manasses, clericus, presentatus per Willelmum de Bechamptona, militem, ad medietatem ecclesie de Bechamptona, facta inquisitione super eadem medietate per Archidia-

conum Bukingehamiensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, cum onere ut apud Lincolniam veniat in diaconem (*sic*) ordinandus, et deinceps promovendus, ut in eadem ecclesia pro rata sue portionis posset in propria persona ministrare; et mandatum est eidem Archidiacono ut ipsum secundum formam premissam in corporalem illius medietatis possessionem induci faciat, provisurus ut idem veniat apud Lincolniam ordinandus.

---

[*Adam de Clanefelda, physician, instituted to the church of Sutton; presented by Henry de Braibroc. The perpetual vicarage of Robert de Sutton is reserved. See p. 62 ante.*] BEDS.

SUTTONE.—Magister Adam de Clanefelda, phisicus, presentatus per Henricum de Braibroc ad ecclesiam de Suttuna, salva vicaria Roberti de Suttuna perpetua quam habet in eadem, admissus est et institutus in ea ut persona; et mandatum est Archidiacono Bedefordiensi ut det in mandatis Decano loci ut occurrat eidem magistro apud Suttunam et mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem inducat (*sic*), et de exitibus autumpni proximo preteriti perceptis ei respondeat sufficienter.

---

[*Richard de Oxonia, clerk, instituted at Eynsham to the church of Claypole, which the Bishop conferred on him. The right of G. de Huwella, knt., when he returns to the unity of the church, and the right of the Abbot and Monks of Bardney, in the said moiety, is reserved. Afterwards the said G., returning to the unity of the church at Sleaford, confirmed the collation made by the Bishop, and executed letters of presentation for the said Richard. See next entry.*] LINCS.

CLAYPOLE.—Ricardus de Oxonia, clericus, ad medietatem ecclesie de Claipol, quam contulit ei dominus Episcopus, admissus est et institutus in eadem apud Eigneshamiam, salvo jure G. de Huwella, militis, cum ad ecclesie redierit unitatem, et jure Abbatis et monachorum de Bardeneia quod eis competit in medietate memorata. Predictus vero G., miles, ad ecclesie postmodum rediens unitatem apud Laffordiam, predictam collationem domini Episcopi ratam habuit, et litteras suas de presentatione ad dominum Episcopum eidem Ricardo, clerico, fecit.

---

[*William de Benningworthe, instituted at Eynsham to the church of Hole, which the Bishop conferred on him, saving the right of G. de Huella when he returns to the unity of the church, and the right of the Abbot and Convent of Bardney. Afterwards the said G. returned to the unity of the church at Sleaford, confirmed the collation made by the Bishop, and executed letters of presentation for the said William. See last entry.*] LINCS.

HUWELLE.—Magister Willelmus de Benningwortha ad ecclesiam de Huwella, quam contulit ei dominus Episcopus, admissus est et institutus in eadem apud Eigneshamiam, salvo jure G. de Huwella, militis, cum ad ecclesie venerit unitatem, et etiam jure [Abbatis] et conventus de Bardeneia quod eis competit in ecclesia memorata. Qui post modum G., miles, ad ecclesie rediens unitatem apud Laffordiam, predictam collationem a domino Episcopo factam ratam habuit, et litteras suas de presentatione ad dominum Episcopum eidem magistro Willelmo fecit.

---

[M. 10.]

[*Robert, (son?) of Robert, nephew of the Lord N., Bishop of Tusculum, instituted parson of Launton; presented by the Abbot and Convent of Westminster. The perpetual vicarage of Henry de Colewella, which he has subject to a pension of two marks to the said Robert.*] OXON.

LANGETONE.—Magister Robertus [filius?] magistri Roberti, nepotis domini N., Tusculanensis Episcopi, ad presentationem Abbatis et conventus Westmonasteriensis, admissus est ad ecclesiam de Langetuna et persona in eadem institutus, salva perpetua vicaria Henrici de Colewella quam habet in eadem ecclesia, sub annua pensione duarum marcarum quas eidem magistro Roberto, tanquam persone, solvere tenetur ; et mandatum est Archidiacono Oxoniensi ut ipsum tanquam personam in corporalem illius ecclesie possessionem secundum formam premissam induci faciat.

---

[*Peter de Cumbe, clerk, instituted parson of the church of Thinghurst (now Fingest), which the Bishop, as patron, conferred on him.*] BUCKS.

TYNGHURSTE.—Petrus de Cumba, clericus, ad ecclesiam de Tinghursta, quam dominus Episcopus, tanquam patronus, ei contulit, est admissus et persona in eadem institutus per procuratorem G. de Dultinga, clericum domini Bathoniensis; et mandatum est Archidiacono Bukingehamiensi ut mittat ipsum Petrum in corporalem illius ecclesie possessionem.

[*Thomas, clerk, instituted to a parsonage of four marks in the church of Eaton; presented by W. de Biskele, who is absolved from the sentence of excommunication in which he had been involved.*]

EATONE.—Thomas, clericus, presentatus ab W. de Biskele, a sententia excommunicationis qua fuit innodatus absoluto et ad saisinam terre sue restituto, ad personatum quatuor marcarum in ecclesia de Eatuna est admissus et persona institutus; et injunctum est Willelmo de Tintona apud Norhamtoniam tunc presenti ut mitteret ipsum Thomam in corporalem possessionem.

---

[*Thomas de Bannebiria, chaplain, on the presentation of the monks of Bardney, lately obtained from the Bishop that charge (i.e. Bardney), but afterwards, coming to Eynsham, resigned the same.*] OXON.

Thomas de Bannebiria, capellanus, ad presentationem monachorum de Bardeneia pridem per Episcopum fuit adeptus, set postmodum, veniens apud Eigneshamiam, custodiam illam resignavit.

---

[*Ralph, chaplain, instituted to the perpetual vicarage of the church of Haddenham with the chapel of Cuddington; presented by the Prior and Convent of Rochester. The third sheaf of the tithes of Cuddington is reserved to the Prior and Monks. The sacristan of Rochester is to enlarge and augment the charter of the said vicar.*] BUCKS.

HEDENHAME.—Radulphus, capellanus, presentatus per Priorem et conventum Roffensem ad perpetuam vicariam ecclesie de Hedenhamia, admissus est et institutus perpetuus vicarius in eadem cum capella de Cudintuna plene et integre, secundum formam in inquisitione per Archidiaconum Bukinghamiensem facta contentam, excepta tertia garba decimarum totius ville de Cudingtuna juxta eandem inquisitionem vicarie antedicte deputata, quam in usus predictorum Prioris et monachorum cedere debere decrevit; et mandatum est eidem Archidiacono ut predictum vicarium in corporalem prenominate vicarie possessionem induci faciat. Injunctum est etiam Sacriste Roffensi ut cartam predicti vicarii ampliari faciat et augeri.

---

[*Isaac, clerk, instituted to the church of St. Mary de Binnewerk in Stamford; presented by the Prior and Convent of Durham. An ancient pension reserved to the said Prior and Convent.*] LINCS.

BYNNEWERKE.—Ysaac, clericus, presentatus per Priorem et conventum Dunolmensem ad ecclesiam Sancte Marie de Binnewerca in Stanforda, facta inquisitione per J., Officialem Archidiaconatus Lincolniensis, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva dictis Priori et conventui debita et antiqua pensione ; et mandatum est eidem Officiali ut mittat eum secundum formam premissam in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*R., chaplain, instituted to the vicarage of St. Mary by the Bridge in the town of Stamford; presented by the Prior and Convent of Durham. An ancient pension reserved to the Prior and Convent. He is to reside and serve personally.*] LINCS.

SANCTE MARIE STANFORD.—R., capellanus, presentatus per Priorem et conventum Dunolmensem ad vicariam ecclesie beate Marie juxta pontem in villa Stanfordia, facta inquisitione per magistrum J., Officialem Archidiaconatus Lincolniensis, quod negotium fuit in expedito, admissus est et institutus vicarius in eadem, salva dictis Priori et conventui debita et antiqua pensione. Debet autem in eadem ecclesia idem capellanus residentiam facere, et in propria persona in officio sacerdotali ministrare, et mandatum est eidem Officiali, ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Ralph de Welles, clerk, instituted to the church of Stockton; presented by William de Einesford, on the deprivation by the Legate of Alexander de Sutton. The perpetual vicarage of Eustace held subject to a pension of one mark to the parson is reserved.*] LINCS.

STOKTONE.—Radulphus de Welles, clericus, quem Willelmus de Einesfordia, postquam Alexander de Suttuna personatu ecclesie de Stoctona et omni ecclesiastico beneficio privatus fuit per dominum Legatum, impetrata gratia presentandi ad ecclesiam illam, domino Episcopo presentavit ad eandem, admissus est et persona in ea institutus, salva perpetua vicaria Eustachio, clerico,

qui dictam ecclesiam tenebit quoad vixerit, reddendo eidem Radulpho annuatim unam marcam nomine pensionis.

[*This entry is a contemporary insertion.*]

---

[*Roger, son of Robert Albus, of Leicester, instituted to that portion of the church of Sproxton which Theobald held; presented by the Abbot and Convent of Croxton.*] LEICS.

SPROXTONE.—Rogerus, filius Roberti Albi de Leircestria, presentatus per Abbatem et conventum de Croxtuna ad portionem illam ecclesie de Sproxtuna quam Theobaldus tenuit in eadem, facta inquisitione per Magistrum R., Officialem Leircestriensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salvis dictis Abbati et conventui hiis que ad ipsos pertinent in ecclesia memorata ; et mandatum est, etc.

---

[*Elias of Evesham, clerk, instituted to the church of Gravenhurst; presented by the Prior and Convent of Newenham, after the resignation of R. de Gatesdene; to be ordained and serve personally.*] BEDS.

GRAVEHURSTE.—Elyas de Eveshamia, clericus, presentatus per Priorem et conventum de Newenhamia ad ecclesiam de Gravehursta, post resignationem R. de Gatesdena, qui primo presentatus fuit ad eandem, in manu Prioris de Caldewella, factam, et de mandato Archidiaconi loci, scilicet, de Bedefordia, admissam, cum per inquisitiones super premissis omnibus factas negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem persona, salva dictis Priori et conventui debita et antiqua pensione ; et injunctum est eidem Elye ut ad ordines accedat ordinandus, et eidem ecclesie in propria persona deserviat.

---

[*Robert, clerk, instituted perpetual vicar of the church of Godmanchester; presented by the Prior and Convent of Merton. As to the endowments of the vicarage. He is to bear all burdens and to serve personally.*] HUNTS.

GUMECESTRE.—Robertus, clericus, presentatus per Priorem et conventum de Meretona ad perpetuam vicariam ecclesie de Gumecestria, cum per inquisitionem super eadem ecclesia factam negotium esset in expedito, admissus est et in eadem ecclesia

vicarius perpetuus institutus. Qui quidem vicarius, ad presentationem dictorum Prioris et conventus de Meretona instituendus, percipiet nomine vicarie sue omnes obventiones altaris et omnes decimas et alios proventus ejusdem ecclesie, preter decimam garbarum et terram ecclesie cum tenentibus ejusdem ; et habebit mansum, scilicet, terram que fuit Amabilie, que consuevit reddere quinque solidos, et alium mansum qui fuit Radulphi, qui consuevit solvere tres solidos, et quatuor acras prati in prato de Brantona cum onere. Et debet idem vicarius sustinere omnia onera tam episcopalia quam archidiaconalia; et in propria persona in eadem ecclesia ministrabit, et providebit quod sufficienter et honeste divina celebrentur in eadem ; et est inquirendum.

---

[*Grant by the Bishop of a perpetual benefice of two shillings in the church of* [*Black*] *Burton to the Abbot and Convent of Oseney.*] OXON.

BURTONE.—In ecclesia de Burtona, que est de advocatione Abbatis et conventus de Oseneia, dedit et concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, eisdem Abbati et conventui duos solidos nomine perpetui beneficii, sicut carta ipsius domini Episcopi eis super hoc confecta plenius continetur [*i.e.*, *5 Kal. Jan. an. Episc. ix*, *1218; Lib. Antiq.*, *82*].

---

[*Grant by the Bishop of a perpetual benefice of two marks in the church of Easington to the Abbess and Convent of Godstowe, as more fully appears in the Register of Charters. Same date as last entry ; Lib. Antiq.*, *83*.] OXON.

ESINDONE.—In ecclesia de Esindona, que est advocatione Abbatisse et conventus de Godestowa, dedit et concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, dictis Abbatisse et conventui duas marcas nomine perpetui beneficii annuatim percipiendas, sicut in carta ipsius domini Episcopi, de consensu predicti Decani et capituli Lincolniensis eis super hoc confecta, perpendi potest plenius, ut in Registro Cartarum.

---

[*Grant by the Bishop of a perpetual benefice of two marks in the church of Barton to the Abbess and Convent of St. Mary du Pre, Northamptonshire, as more fully appears in the Register of Charters. Lib. Antiq.*, *83*] NORTHANTS.

BARTONE.—In ecclesia de Bartona, que est de advocatione Abbatisse et conventus Sancte Marie de Prato Norhamtoniensis,

dedit et concessit dominus Episcopus de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, eisdem Abbatisse et conventui duas marcas nomine perpetui beneficii annuatim percipiendas, sicut in carta ipsius domini Episcopi de consensu predictorum Decani et capituli Lincolniensis eis super hoc confecta perpendi potest plenius, ut in Registro Cartarum.

---

[*Grant by the Bishop of a mediety of the church of Pateshill, saving a vicarage therein appointed by the Bishop, as is contained in the Register of Charters, i.e., Lib. Antiq., 97.*] NORTHANTS.

PATESHILLE.—Medietatem ecclesie de Pateshulla, quam prius habuerunt Abbatissa et conventus de Godestowa, concessit dominus Episcopus et carta sua confirmavit eisdem in proprios usus habendam et in perpetuum possidendam, salva vicaria in eadem medietate per dominum Episcopum assignata, que consistit in hiis que continentur tam in inquisitione super hoc facta quam in institutione vicarii ad eandem vicariam admissi, et in carta ipsius domini Episcopi de consensu predictorum Decani et capituli Lincolniensis eisdem Abbatisse et conventui facta, ut in Registro Cartarum plenius [continentur]. [*Dated 9 Kal. Oct. an. Episc. x, 1219; Lib. Antiq., 97.*]

---

[*The Bishop granted to the Prior and Convent of Chaucombe an annual benefice of one mark in a mediety of the church of Boddington, which belongs to them. As can be found in the Register of Charters.*] NORTHANTS.

BOTENDONE.—In medietate ecclesie de Botendona, que est de advocatione Prioris et conventus de Chaucumba, dedit et concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, eisdem Priori et conventui unam marcam nomine perpetui beneficii annuatim percipiendam, sicut in carta ipsius domini Episcopi super hoc eis confecta, in Registro Cartarum, poterit plenius inveniri. [*Dated 5 Kal. Jan. an. Episc. ix, 1218; Lib. Antiq., 83.*]

---

[*The Bishop granted to the Abbot and Convent of St. Mary du Pre, Leicester, an annual benefice of twenty shillings in the church of Northburgh, after the death of John, the parson. While he lives they shall only receive twelve pence.*] NORTHANTS.

NORTHBURG.—In ecclesia de Northburga dedit et concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, Abbati et conventui Sancte Marie de Prato Leir-

cestriensi, viginti solidos post decessum Johannis, illius ecclesie persone, annuatim nomine perpetui beneficii percipiendos per manus illius qui pro tempore institutus fuerit in eadem. De Johanne vero quoadvixerit duodecim denarios tantum per annum percipient.

---

[*A pension of twenty shillings in the church of Cotes granted by the Bishop to the Abbot and Convent of Leicester after the decease of Stephen de Mannecestria, the parson. From Stephen during his life they shall only receive half a mark.*] LEICS.

COTES.—In ecclesia de Cotes, dedit et concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, Abbati et conventui Leircestriensi viginti solidos post decessum Magistri Stephani de Mannecestria, persone illius ecclesie, annuatim nomine perpetui beneficii percipiendos per manus ipsius qui pro tempore fuerit institutus in eadem. De eodem, vero, magistro Stephano quoadvixerit tantum dimidiam marcam per annum percipient.

---

[*Confirmation to the Prioress and Convent of Little Marlowe, Bucks, of the tithes of Yvebiria on the grant of the lords, of which they were accustomed to give to whom they would.*] [ ]

YVEBIR'.—Decimas de dominico de Yvebiria ad concessionem dominorum de Yvebiria, quas iidem domini sine prejudicio alicujus ecclesie dare consueverunt cui vellent, dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, dedit et carta sua confirmavit Priorisse et conventui de parva Merlauia in usus proprios convertendas.

---

[*In the church of Turvey, an advowson of the Prior and Monks of St. Neots, the Bishop ordained that the Prior and Convent should have the mediety of that church, consisting of the tithes of wheat from the lordships of Hugh de Alneto and William de Mansel, etc. To the other mediety, on the presentation of the said Prior and Convent, the Bishop admitted Richard de Whitstone, clerk. The endowments of that moiety set out. The Prior and Convent and the said parson are to divide the burdens of the church between them.*] BEDS.

TURVEYA.—In ecclesia de Turveia, que est de advocatione Prioris et monachorum Sancti Neoti, talem fecit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis,

ordinationem, videlicet, quod iidem Prior et conventus habeant et teneant inperpetuum in usus proprios, nomine perpetui beneficii, medietatem illius ecclesie, que secundum eandem ordinationem debet consistere in omnibus decimis garbarum de dominicis Hugonis de Alneto et Willelmi le Mansel, et in omnibus minutis decimis de curia dicti Prioris in eadem villa, et medietate garbarum totius residui ejusdem parochie cum tenementis Willelmi de Auno, Ricardi Pigebon, et Hervei et Saild cum servitiis eorundem. Ad reliquam vero medietatem illius ecclesie, ad presentationem dictorum Prioris et conventus, admisit dominus Episcopus Ricardum de Whitstuna, clericum, ipsumque in ea personam instituit. Quam quidem medietatem idem Ricardus et successores sui a predictis Priore et conventu predicto Episcopo et successoribus suis presentandi et instituendi integre perpetuo possidebunt; et consistit eadem medietas in tota medietate garbarum illius parochie, preterquam de dominicis Hugonis de Alneto et Willelmi le Mansel, et in toto altalagio ejusdem ecclesie, exceptis minutis decimis de curia domini Prioris in eadem villa, et in tenemento Willelmi Monachi et Thurberni et Hugonis Sutoris cum servitiis eorundem, et in mesuagio cum gardino quod magister Guarinus tenuit de dominico Sancti Neoti sicut muro et fossato includitur, que dictus Prior et conventus dicto Ricardo et successoribus suis concesserunt in perpetuum possidenda. Preterea decimam molendinorum ipsius parochie et alia quecumque dictus Prior et conventus, Ricardus, et successores sui deinceps adquirere poterunt tanquam jus, et pertinentias ecclesie memorate inter se dimidiabunt, et onera omnia tam episcopalia et archidiaconalia quam alia pro portione sua equaliter sustinebunt.

---

[*Grant of a pension of one gold piece in the moiety of the church of Beesby, which is in the presentation of the Prior and Convent of Markby, to the said Prior and Convent, and a like pension in the other moiety, which belongs to the Prioress and Nuns of Greenfield, to the said Prioress and Nuns. The pensions will be paid by the Rector, who will be instituted on the joint presentation of the Prior and Prioress.*] LINCS.

BESEBY.—In medietate ecclesie de Beseby, que est de advocatione Prioris et conventus de Markeby, dedit et concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, eisdem Priori et conventui unum aureum nomine per-

petui beneficii singulis annis in festo Sancti Michaelis percipiendum per manum Thome de Nortona, capellani, persone illius ecclesie, et successorum suorum; et in alia medietate, que est de advocatione Priorisse et monialium de Grenefelda, dedit et concessit idem dominus Episcopus, de consensu ejusdem Decani et capituli, dictis Priorisse et conventui unum aureum nomine perpetui beneficii singulis annis in festo Sancti Michaelis percipiendum per manum predicti Thome de Nortona, capellani, et successorum suorum, qui, ad communem presentationem tam dictorum Prioris et conventus de Markaby quam ipsarum Priorisse et monialium de Grenefelda, in tota ecclesia pro tempore fuerint instituti.

---

[*Grant by the Bishop of a pension of 100s. in the church of Bennington to the Prior and Convent of Trentham, the parson to bear all burdens of the church.*] LINCS.

BUNINGTON.—In ecclesia de Bunnintona, que est de advocatione Prioris et conventus de Trenthama, concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et capituli Lincolniensis, centum solidos ipsis Priori et conventui nomine perpetui beneficii annuatim percipiendos per manum Salomonis, capellani, ad presentationem eorundem ad eandem ecclesiam admissi et persone instituti, et successorum suorum instituendorum in eadem; et debet idem Samson (*sic*), et successores sui, omnia onera tam episcopalia quam archidiaconalia illius ecclesie sustinere.

---

[*The following fourteen entries here occur on the dorse.*]

[*William de Welle presented his clerk William de Welle to the chapel of Well, and Gilbert his clerk to the church of Hellow (now Belleau). The Official of Lincoln enjoined to enquire how William de Welle was comporting himself towards his wife. On the same day Matilda de Welle presented Simon her clerk to the church of Withern. The Official is to make enquiry thereof.*] LINCS.

Feria Sexta proxima post octavas Pasche presentavit Willelmus de Wella per litteras suas Willelmum de Wella, capellanum suum, ad capellam de Wella vacantem, ut dicitur, et Gilebertum, clericum suum, ad ecclesiam de Helgelo. Et injunctum est Officiali Lincolniensi ut antequam fiat inquisitio inquirat qualiter idem Willelmus habebat se erga uxorem suam. Eadem

die presentavit Matillda de Wella Simonem, clericum suum, ad ecclesiam de Wierma, vacantem. Injunctum est Officiali ut inquisitionem inde faciat.

---

[*At Buckden the Bishop confers on Thomas, clerk, charge of the monks' church of Hartford.*] HUNTS.

Die dominica qua cantatur Quasi modo geniti contulit dominus Episcopus, apud Buggedena, Thome, clerico, custodiam vicarie ecclesie monachorum de Hareford, presente Archidiacono Huntingdoniensi; et injunctum est ei ut custodiam eidem habere faciat.

---

[*Waleran Teutonicus, clerk, obtained the charge of the church of Manton from Mid-Lent to Michaelmas next following, in the ninth year of the Bishop's pontificate, i.e. 1218. Presented by the Queen. The right, if any, of a chaplain, who says he has a right in the same, reserved.*] LINCS.

Walerannus Teutonicus, clericus, presentatus per dominam Reginam ad ecclesiam de Manetona, custodiam ejusdem per dominum Episcopum est adeptus a tempore medie Quadragesime usque ad festum Sancti Michaelis proximum sequens, anno Pontificatus domini Episcopi nono, salvo jure cappellani qui dicit se jus habere in eadem, si quid habet.

---

[*Alan, vicar of* [*Ashwell?*] *presented by Thomas Tuschet to the parsonage thereof, obtained from the Bishop charge of the same. Bond given to pay 30 marks as penalty if he have intercourse with Annora, a woman with whom he is known to have lived. Alan's bond as to this is with the Archdeacon.*] [HERTS ?]

Alanus, vicarius de Essewella, presentatus ad personatum ejusdem ecclesie per Thomam Tuschet, custodiam ejusdem per dominum Episcopum est adeptus, data cautione de solvendis triginta marcis, nomine pene, si conjungatur cum Annora, muliere de qua notatus fuit cohabitasse, vel in loco secreto aut suspecto ad eam accessum habuisse. Carta autem ipsius Alani super hoc est penes Archidiaconum.

---

[*Gervase, clerk, presented by the Prior and Convent of Merton to the chapel of Whipsnade, is not admitted on account of his insufficient learning, but the charge of the church is given him from the day of the Invention of the Holy Cross to the Feast of St. Peter ad Vincula. Meanwhile he is to study literature and practise singing. and then to be instituted if found sufficient.*] BEDS.

Gervasius, clericus, presentatus per Priorem et conventum Meretoniensem ad capellam de Wibesneda, post inquisitionem inde per Archidiaconum Bedefordiensem factam licet negotium esset in expedito, propter minus sufficientem litteraturam non est admissus, sed commissa est ei custodia a die Inventionis Sancte Crucis usque ad festum Sancti Petri ad vincula, ut interim addiscat litteraturam et cantandi usum habeat, et tunc veniat instituendus si in hujusmodi magis idoneus inveniatur.

---

[*Roger de Gisnay, presented by Sir William de Gynnay, obtained charge of the church of Pickworth (on letter being received from Simon de Talintone, who withdrew from his appeal concerning the said church) from the Sunday on which is sung Cantate to the next feast of St. Peter ad Vincula.*] NORTHANTS.

Rogerus de Gisnay, presentatus per dominum Willelmum de Gynnay ad ecclesiam de Pikeworda, post inquisitionem super eadem ecclesia per Archidiaconum Norhamtoniensem factam, receptis litteris Symonis de Talintona quod penitus recessit ad appellatione sua quam interposuerat super ecclesia predicta, ne quid in prejudicium sui statueretur, die mercurii proxima post dominicam qua cantatur Cantate, apud Kaldeby, custodiam ejusdem ecclesie est adeptus usque ad proximum sequens festum Sancti Petri ad vincula.

---

[*R. chaplain, presented by the Prior of Ware to the church of Swithland, as nothing stood in the way except his being insufficiently learned. Meanwhile he is to study and, if then found competent, is to be admitted. Otherwise to be wholly dismissed from the benefice.*] LEICS.

R., cappellanus, presentatus per Priorem de Wares, ad ecclesiam de Swithellund, post inquisitionem super eadem ecclesia per Archidiaconum Leircestriensem factam, cum ni'chil obstaret eidem quin admitteretur ad illam, nisi minus sufficiens litteratura, die Veneris proxima post Dominicam qua cantatur Cantate, apud

Gildeby, custodiam ejusdem ecclesie est adeptus usque ad Natale Domini proximo sequens, ita quod interim litteraturam addiscat, et, si tunc inveniatur litterature competentioris, admittatur. Alioquin ab eodem beneficio penitus repellatur.

---

[*Hugh de Scalby, presented by Nigel Costentin to the church of Cold Hanworth. Is not admitted on account of insufficient learning. The charge of the church, from the Thursday after the Sunday on which is sung Cantate to the next Christmas, is given him for study and the practice of singing. Afterwards coming to the Bishop at Stowe on St. Thomas' day after being examined he is found wanting. Nevertheless the Bishop gave him charge of the church till Easter.*] LINCS.

Hugo de Scalleby, clericus, presentatus per Nigellum Costentin ad ecclesiam de Hanewrdha, post inquisitionem super eadem ecclesia per G. de Innocentibus, Decanum civitatis Lincolniensis, factam, licet negotium esset in expedito, tamen propter minus sufficientem literaturam non est admissus, set commissa est ei custodia a die Jovis proxima post Dominicam qua cantatur Cantate usque ad Natale, ut interim addiscat litteraturam et cantandi usum habeat, et tunc veniat instituendus si in hujusmodi magis idoneus inveniatur. Postmodum idem veniens ad Episcopum die Beati Thome Apostoli apud Stowam, qui examinatus circum minus sufficiens inventus est in litteratura. Dominus tamen Episcopus concessit ei custodiam illius ecclesie usque ad Pascha proximum sequens.

---

[*Ralph, parson of Croxby, present at Louth, resigned his church. Says that the patronage devolved on him, and he presented a certain nephew of his.*] LINCS.

Radulphus, persona de Croxeby, presens apud Lud[esciam] septimana proxima ante Pentecosten ecclesiam suam de Croxeby in manum domini Episcopi resignavit, dicens jus patronatus ejusdem ecclesie ad ipsum esse devolutum; et presentavit quendam nepotem suum.

---

[*Hugh de Karleton, clerk, presented by the Abbot and Convent of* [*Peter*]*borough to the church of Barnack, is not admitted because he is absent studying at Paris, but he has the charge until the Bishop receives testimonials as to good conduct from the masters at Paris who have knowledge of him.* NORTHANTS.

*This entry is marked "Vacat", one part of that word being at the beginning and the other at the end of the entry. See entry on p.* 101 *post.*]

VA—

Hugo de Karletona, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Burgo ad ecclesiam de Bernaka, licet per inquisitionem inde per R., Decanum de Burgo negotium esset in expedito, nondum est admissus eo quod absens fuit studens in scolis Parisius set habet custodiam donec receperit dominus Episcopus testimonium a magistris Parisiensibus, qui notitiam ejusdem habeant, de bonis moribus et honesta conversatione ejus.—CAT.

---

[*Martin de Pateshull presented by the Abbot and Convent of Gloucester, obtained charge of the church of Wraysbury.*] BUCKS.

Martinus de Poteshulla, presentatus per Abbatem et conventum Glouecestriensem ad ecclesiam de Wyredebiria, ejusdem ecclesie custodiam per dominum Episcopum est adeptus; et mandatum est Archidiacono Bukinghamiensi ut custodiam ei habere faciat.

---

[*William de S. Laudo placed in charge of the church or chapel of Fenton till next Michaelmas. The Bishop then to resume the church unless meanwhile William shall show that it is appurtenant to his church of Beckingham or proves to the Bishop that Philip de Orreby has released his claim to the advowson of Fenton.*] LINCS.

Vigilia Beate Margarete, apud Newercam, concessit dominus Episcopus Willelmo de Sancto Laudo custodiam ecclesie vel cappelle de Fentona usque ad proximum sequens festum Sancti Michaelis, ita quod tunc resumet eandem ecclesiam in manu sua nisi interim evicerit idem Willelmus quod pertinens sit ecclesie sue de Beking[hamia], vel quod faciat constare domino Episcopo quod Philippus de Orreby remiserit clamium suum super advocatione ejusdem ecclesie de Fentona.

[*Roger de Friseby, Dean, presented by the Prior and Convent of Kime to the church of All Saints, Wainfleet, has the charge only of that church.*] LINCS.

Rogerus de Friseby, Decanus, presentatus per Priorem et conventum de Kyma ad ecclesiam Omnium Sanctorum de Wainfliet, habet tantum illius ecclesie custodiam.

---

[*Roger de Cadomo, Dean of Holland, presented by the Prior and Convent of Spalding to the church of Bolingbroke, has the charge only of the church.*] LINCS.

Rogerus de Cadomo, Decanus Hoylandie, presentatus per Priorem et conventum Spaldingensem ad ecclesiam de Bullingbroca, habet tantum illius ecclesie custodiam.

---

[*The preceding endorsed entries commence p. 78 ante; we now return to the entries on the face of the roll.*]

[*Warin de Kyrketone presented by Alan de Beningtone to the vacant church of Benington, first received the charge of it through the Official, and afterwards coming to the Bishop with the King's letters testifying that Alan is the true patron, was instituted, saving the right of any one.*] LINCS.

BENINGTON.—Warinus de Kyrketona, clericus, presentatus per Alanum de Beningtona ad ecclesiam de Beningtona vacantem, post inquisitionem factam per quam negotium fuit in expedito, custodiam primo per Officialem fuit adeptus, et postmodum veniens ad dominum Episcopum cum litteris domini Regis testificantibus ipsum Alanum de Beningtona verum esse illius ecclesie patronum, per ejusdem presentationem et premissam inquisitionem admissus fuit et institutus in eadem, salvo jure cujuslibet; et injunctum est magistro J., Officiali Archidiaconatus Lincolniensis, ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Richard, son of Baldwin, clerk, instituted to the perpetual vicarage of the church of Limber; presented by the Prior and Convent of Aunay.*] LINCS.

LAMBERG.—Ricardus, filius Baldewini, clericus, per Abbatem et conventum de Alneto ad perpetuam vicariam ecclesie de

Lamberga admissus est et institutus in eadem cum omnibus pertinentiis, libertatibus, et liberis consuetudinibus suis; et injunctum est G. de Innocentibus, Decano civitatis Lincolniensis, ut ipsum in corporalem illius vicarie possessionem inducat.

---

[*Robert de Tadlinctona, clerk, instituted to the perpetual vicarage of the church of Orby; presented by Thomas de Torpel, the parson, with assent of Peter de Malesoeures, patron. Robert is to pay a pension of 10 marks to Thomas. Inquiry made by the Dean of Lincoln, the Bishop being in the parts over sea.*] LINCS.

ORDINGEBERG.—Robertus de Tadlinctona, clericus, presentatus per Thomam de Torpel, personam ecclesie de Ordingeber[ga], de assensu Petri Malesoeures, patroni, ad perpetuam vicariam ecclesie de Ordingeber[ga], admissus est et institutus in eadem; idem quidem (*sic*) quod idem Robertus tenebit eandem ecclesiam integre cum omnibus pertinentiis, reddendo inde annuatim eidem Thome decem marcas nomine pensionis, facta prius inquisitione per dominum Decanum Lincolniensem, domino Episcopo in transmarinis agente.

---

[*Thomas, son of R., son of Alan de Enderby, instituted to a mediety of the church of* [*Bag*] *Enderby, after enquiry by the Dean of Hagworthingham; presented by his father, R. The Dean is to put him in possession and to notify the fact to J., Official of the archdeaconry, as well as to the whole chapter of the place.*] LINCS.

ENDERBY.—Thomas, filius R., filii Alani de Enderby, presentatus a predicto R., patre suo, ad medietatem ecclesie de Enderby, post inquisitionem super eadem medietate per R., Decanum de Hagwrthingħ [*sic*] factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem; et mandatum est eidem Decano ut mittat eum in corporalem possessionem illius medietatis, et hoc factum, tam magistro J., Officiali Archidiaconatus Lincolniensis quam toto capitulo loci, publice proponat.

---

[*Adam, chaplain, instituted vicar of Greetwell; presented by the Prioress and Convent of Hamepol. A pension reserved to the Prioress and Convent. The pension is not to be paid until it appears to the Bishop that it is due and ancient.*] LINCS.

GRETTEWELL.—Adam, capellanus, presentatus per Priorissam et conventum de Hanepol ad vicariam ecclesie de Grettewella, post

inquisitionem factam super eadem per magistrum S., Officialem Archidiaconatus Stowensis, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus vicarius in eadem, salva dictis Priorisse et conventui debita et antiqua pensione ; et mandatum est dicto Officiali ut mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem ; et inhibitum est eidem capellano ne pensionem aliquam solvat donec constiterit domino Episcopo que sit debita et antiqua.

---

[*Roger de Wellingburn, chaplain, obtained charge of the vicarage of Sutterton; presented by the Abbot and Convent of Croyland to R. de Cestria, the Official; inquiry made by A., rector of a mediety of Swineshead church, and R., chaplain of Quadring. Afterwards, coming to the Bishop, he was instituted perpetual vicar.*] LINCS.

SUTTERTONE.—Rogerus de Wellingburna, capellanus, presentatus pridem per Abbatem et conventum Croillandiensem Magistro R. de Cestria, Officiali, ad perpetuam vicariam ecclesie de Suttertona, facta inquisitione super eadem vicaria per A., rectorem medietatis ecclesie de Swineheaueda, et R., capellanum de Quadhaveringa, per quam negotium fuit in expedito, custodiam ipsius vicarie fuit adeptus, et postmodum idem veniens ad dominum Episcopum, ad presentationem eorundem et inquisitionem prius factam, ad vicariam predictam est admissus, et vicarius perpetuus institutus est in eadem, salvis dictis Abbati et conventui decimis garbarum, si que eos de jure contingunt, et salva debita et antiqua pensione. Et mandatum est R. de Cadomo, Decano Hoillandiensi, ut ipsum capellanum in corporalem illius vicarie possessionem secundum formam premissam inducat.

---

[*William, son of Jordan de Brakenberga, presented by Alan, son of Brian, after enquiry made and dispute settled, was instituted to the vacant church of Yarburgh. Saving the right, if any, of Robert, chaplain, who said that he had been appointed to a vicarage of 30 marks and appealed.*] LINCS.

YARDBURY.—Willelmus, filius Jordani de Brakenberga, presentatus per Alanum, filium Briani, ad ecclesiam de Yarburga vacantem, post inquisitionem factam et contentionem sopitam que in eadem inquisitione continebatur, admissus est et institutus in eadem; salvo jure Roberti, capellani, si quod habet in eadem ecclesia, qui, sicut in premissa inquisitione dicitur, dixit se fuisse

ordinatum ad vicariam ejusdem ecclesie que est triginta solidorum, et pro jure suo appellavit; et mandatum est R. de Calkewella, Decano de Ludescia, ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Stephen, Archdeacon of Coutances, instituted to the church of Stenigot, subject to the rule of the Council, reserving to the Prior and Convent of Trentham, by whom he was presented, an ancient pension. Letter as to this by the Bishop* [*of Lincoln*] *to the Bishop of Coutances, which the Archdeacon undertook to deliver.*] LINCS.

STENINGHO.—Stephanus, Archidiaconus Constantiensis, presentatus per Priorem et conventum de Trenthamia ad ecclesiam de Steningho, cum, per inquisitionem per Joscelinum, Decanum de Gaytre factam, negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem persona sub pena Concilii, salva dictis Priori et conventui debita et antiqua pensione de eadem ecclesia; et mandatum est Magistro J., Officiali Archidiaconatus Lincolniensis, ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem. Scriptum est, etiam, domino Constantiensi Episcopo quod idem Archidiaconus ad tale beneficium sub pena Concilii est admissus, et fidem dedit de litteris domini Episcopi super hoc ad dominum Constantiensem deferendis.

---

[*Robert de Huch, on the presentation of the Abbot and Convent of Selby, is instituted to the church of* [*? Asgarby.*]] LINCS.

ASKEBY.—Magister Robertus de Huch, presentatus per Abbatem et conventum de Seleby ad ecclesiam de Askeby, post inquisitionem per Magistrum J. de Horkestowa, Officialem Archidiaconatus Lincolniensis, factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva dictis Abbati et conventui debita et antiqua, si qua fuerit, de eadem ecclesia pensione; et mandatum est eidem Magistro J. ut secundum formam premissam ipsum mittat in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Leo, on the presentation of the Abbot and Convent of Bardney, is instituted to the church of Boultham, after inquisition by W. de Brancewelle, and long after he had obtained charge of the church after inquisition by G. de Innocentibus, Dean of the City of Lincoln.*] LINCS.

BULTEHAME.—Magister Leo, presentatus per Abbatem et conventum de Bardeneia ad ecclesiam de Bultehamia, post inquisi-

tionem pridem per Magistrum W. de Brancewella factam, et ejusdem ecclesie custodiam postmodum adeptam et diu obtentam, per aliam deinde inquisitionem a G. de Innocentibus, Decano civitatis Lincolniensis, inde factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva eis antiqua pensione octodecim denariorum ; et mandatum est, etc.

---

[*Robert de Leth, presented to R. de Cestria, the Official, by the Prioress and Convent of Langley, obtained charge of the church of Little Dalby provided that he first dismissed a concubine, with the added penalty of deprivation from the charge should he recall her. Afterwards, at Sleaford, he was instituted parson under pain of the Council, since he said that he was presented before the promulgation of that Council, after the King's letter had been received that William Pantulf, who claimed the presentation in the King's Court, had granted the same to the Prioress and Convent. The Bishop enjoined on him that he should wholly put away his concubine, and the Archdeacon was directed to see that he observed his promise to do so.*] LEICS.

DAUBY PARVA.—Robertus de Leth, presentatus Magistro R. de Cestria, Officiali, per Priorissam et conventum de Langleya ad ecclesiam de parva Dauby, custodiam tantum illius ecclesie est adeptus, ita tamen quod concubinam, quam confessus est se publice tenere, ante custodiam ei traditam amovit a sua cohabitatione, modo non revocandi eam ut dicebat, et fuit ei hec pena adjecta, et ab eo sponte recepta, ut predicta custodia privaretur si eam ad cohabitationem suam revocaret; et hoc factum fuit presentibus R., Decano, et J., Subdecano Lincolniensi, Magistro Roberto de Gravela et Stephano de Cicestria. Idem vero Robertus postmodum veniens apud Laffordiam et dominum Episcopum, ad presentationem dictarum Priorisse et monialium ad eandem ecclesiam sub pena Concilii est admissus et persona institutus, cum diceret se presentatum ante illius Concilii promulgationem receptivam, cum prius litteris domini Regis quod Willelmus Pantulf, qui jus advocationis sibi vindicaverat in eadem in curia ipsius domini Regis, recognovit et concessit predicte Priorisse presentationem suam ad predictam ecclesiam. Injunxit autem dominus Episcopus eidem Roberto, in virtute obedientie et sub pena qua prius coram Officiali fuit obligatus, ut concubinam quam tenuerat a se penitus amoveret. Quod et ipse se facturum promisit; et significatum est Archidiacono Leircestriensi ut ipsum in corporalem illius ecclesie

possessionem inducat, et provideat ut ille promissionem suam sicut decet observet, et, si contra venire presumpserit, idem domino Episcopo significare non omittat.

---

[*John, nephew of the Precentor of Lincoln, instituted to the parsonage of Branston; presented by Richard Selvain. The perpetual vicarage of Walter, chaplain of the Archdeacon of Buckingham is reserved.*] LEICS.

BRANCSTONE.—Johannes, nepos domini Precentoris Lincolniensis, presentatus per Ricardum Selvain ad personatum ecclesie de Brancestona, admissus est et institutus in eadem, salva vicaria perpetua Walteri, capellani Archidiaconi Bukingehamiensis, quam habet in eadem ecclesia, facta prius inquisitione per Magistrum Robertum de Bleisa, Officialem Archidiaconatus Leircestriensis, per quam negotium fuit in expedito; et mandatum est, etc.

---

[M. 11.]

[*Peter de Mulverton, chaplain, on the presentation of R., Canon of Salisbury, by reason of his prebend of Grantham, is instituted to the church of Barkston. A pension reserved to the said R., Canon. He is to reside and serve personally. The Bishop granted him an indulgence not to reside before the autumn.*] LEICS.

BARKESTONE.—Magister Petrus de Mulvertona, cappellanus, ad presentationem R., Canonici Sarisburiensis, ad ecclesiam de Barkestona, ratione prebende sue de Grahama, de consensu domini Episcopi et Decani et capituli Sarisburiensis factam, post inquisitionem inde per N. de Sapertona, Decanum de Grahama factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus persona in eadem, salva dicto R., Canonico, et successoribus suis dicte prebende Canonicis, debita et antiqua de eadem ecclesia pensione; et mandatum est eidem Decano ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem. Admissus est, autem, idem Petrus, capellanus, cum onere ut ibi residentiam faceret, et eidem ecclesie sue in propria persona deserviat; salvo, tamen, eo quod dominus Episcopus ei indulsit ut ante autumpnum proximum post admissionem suam residentiam ibi non faciat.

---

[*Henry de Colville, clerk, instituted to the church of Heckington, on the presentation of the Abbot and Convent of Bardney, reserving to the Abbot and Convent a pension, and to Simon, the chaplain, the perpetual vicarage which the Bishop constituted, subject to 40s. to be paid annually to Henry. Simon, the chaplain, on the presentation of Henry, is instituted perpetual vicar with the consent of the Abbot and Convent. As to the endowments of the vicarage. The vicar to have the house which he built at his own expense on the church-land. A lodging in the house and his barns reserved to the parson as lord when he visits there; after the vicar's decease it is to pass to the parson. The vicar is to entertain the Archdeacon, and to bear all burdens.*] LINCS.

HEKINTONE.—Henricus de Colevilla, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Bardeneia ad ecclesiam de Hekintona, admissus [est] et in eadem persona institutus, salva dictis Abbati et conventui debita pensione, salva etiam vicaria perpetua Symoni, cappellano, quam dominus Episcopus ordinavit in eadem ecclesia, qui dictam ecclesiam tenebit quoadvixerit, solvendo eidem Henrico, tanquam persone, quadraginta solidos annuatim ; et injunctum est Henrico, Decano de Hasewrtheshurn, tunc presenti apud Laffordiam, ut ipsum secundum formam premissam in corporalem illius ecclesie possessionem inducat.

Symon, cappellanus de Hekyntona, ad presentationem Henrici de Colevilla, persone ecclesie de Hekintona, de consensu Mathei, Abbatis, et conventus de Bardeneia, ad perpetuam ejusdem ecclesie vicariam est admissus et in ea vicarius perpetuus institutus, reddendo eidem Henrico, tanquam persone, quadraginta solidos annuatim. Consistit, autem, dicta vicaria in toto altalagio, scilicet, oblationibus et obventionibus omnibus altaris, cum minutis decimis omnibus, et in tota terra ejusdem ecclesie, remanentibus integre predicto Henrico, persone, et successoribus suis, omnibus decimis garbarum ad eandem ecclesiam pertinentibus. Habebit, etiam, idem vicarius quoad vixerit domum, quam propriis sumptibus construxit ibidem in fundo ecclesie ; salvo, tamen, in ea hospitio persone tanquam domino suo, cum ipsum illuc venire contigerit, et salvis eidem persone horreis suis. Que, quidem, domus post decessum ipsius vicarii debet in usus cedere persone. Debet, quoque, idem vicarius hospitium Archidiacono facere, et alia omnia onera illius ecclesie, tam episcopalia quam archidiaconalia, consueta et debita sustinere, et preterea eidem persone et successoribus suis de eadem vicaria quadraginta solidos annuatim reddere, videlicet ad Pascham viginti solidos, et ad festum Sancti Michaelis viginti solidos.

[*Alan Costein, clerk, presented by the Prior and Convent of Lande, is instituted to the church of* [*Ab*] *Kettleby, under the rule of the last Lateran council, since he had already obtained a mediety of Weldon church in Northampton archdeaconry. A pension of 20s. is reserved to the Abbot and Convent. The presentee is enjoined to notify the Archdeacon that he must take the said mediety of Weldon church as vacant into the Bishop's hand. See p. 67 ante.*] LEICS.

KETELBY.—Alanus Costein, clericus, presentatus per Priorem et conventum de Landa ad ecclesiam de Kethelby, facta prius inquisitione per Archidiaconum Leircestriensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem, sub pena Concilii Lateranensis proximi, cum medietatem ecclesie de Welledona in Archidiaconatu Norhamtoniensi prius obtinuerit, salva dictis Priori et conventui annua et debita viginti solidorum pensione de eadem; et mandatum est Archidiacono Leircestriensi quod secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem. Injunctum est, etiam, eidem admisso, in virtute obedientie, ut Archidiacono significet Norhamtoniensi quod predictam medietatem ecclesie de Welledona, tanquam vacantem, capiat in manus domini episcopi.

[*In the margin*:—] Habet cartam.

---

[*Adam de Pilesgatha is instituted to the perpetual vicarage of Maxey church; presented by the Abbot and Convent of Peterborough. As to endowment of vicarage ordained by* [*Saint*] *Hugh the first, Bishop of Lincoln. See Lib. Antiq., 31.*] NORTHANTS.

MAKESIE.—Adam de Pilesgatha, presentatus per Abbatem et conventum de Burgo Sancti Petri ad perpetuam vicariam ecclesie de Makeseia, post inquisitionem super eadem vicaria per Archidiaconum Norhamtoniensem factam, per quam res fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem. Que, quidem, secundum ordinationem a bone memorie H. primo, Lincolniensi episcopo factam ultimo, consistit in omnibus obventionibus altaris et minutis decimis, et manso ecclesie, et in decimis garbarum de la Haume, et debet idem vicarius omnia onera illius ecclesie consueta sustinere; et mandatum est eidem Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius vicarie possessionem.

---

[*Ralph Tailebois, clerk, on the resignation and presentation of T. Mansel, parson of Whitwick, to whom the patronage had devolved, is instituted to the church, saving the vicarage of Ralph the clerk. The respective rights of the parson and vicar set out.*  LEICS.

WIHTEWICHE.—Radulphus Tailebois, clericus, ad resignationem T. Mansel, persone ecclesie de Witewica, et ad presentationem ejusdem T., cum ad ipsum jus patronatus illius ecclesie sit devolutum, ad eandem ecclesiam est admissus, post inquisitionem inde per Archidiaconum Leircestriensem factam, salva vicaria Radulphi, clerici, quam habet in eadem. Qui dictam ecclesiam tenet percipiendo medietatem omnium fructuum et proventuum et omnium aliarum rerum ad ecclesiam illam pertinentium, et reddendo annuatim persone unam libram incensi, nomine pensionis; et debet sustinere medietatem omnium onerum pertinentium ad ecclesiam illam, et persona aliam medietatem ; et mandatum est eidem Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*John Foliot, clerk, instituted parson of Abbot's Ripton; presented by the Abbot and Convent of Ramsey. A pension, stated to be 2s., reserved to the sacristan of Ramsey.*]  HUNTS.

RIPTONE.—Johannes Foliot, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Rameseia ad ecclesiam de Riptona Abbatis, post inquisitionem super eadem ecclesia per magistrum W., Officialem Archidiaconatus Huntingdoniensis, factam, per quam expeditum fuit negotium, ad eandem est admissus et persona institutus, salva sacriste de Rameseia debita et antiqua pensione, que est duorum solidorum ut dicitur.

---

[*William de Alecestria, chaplain, instituted to the church of Sywell; presented by the Prior and Convent of St. Andrew, Northampton. A pension, stated at two marks, is reserved to the Prior and Convent.*]  NORTHANTS.

SIWELLE.—Willelmus de Alecestria, capellanus, presentatus per Priorem et conventum Sancti Andree de Norhamtonia ad ecclesiam de Siwella, post inquisitionem super eadem ecclesia factam per Archidiaconum Norhamtoniensem, per quam res fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva dictis Priori et conventui de dicta ecclesia debita et antiqua pensione, que est duarum marcarum ut dicitur.

---

[*Robert Passelew, instituted to the church of Swanbourne by dispensation of the Legate; presented by the Prior and Convent of Woburn.*] BUCKS.

SUANEBORNE.—Robertus Passelew, presentatus per Priorem et conventum de Woborne ad ecclesiam de Suaneborne, post inquisitionem super eadem ecclesia per Archidiaconum Bukinghamiensem factam, per quam negotium fuit in expedito, per dispensationem domini Legati admissus est et institutus in eadem.

---

[*Robert, clerk, son of Hugh de Wigthulla, instituted to the parsonage of three marks in the church of Albury; presented by the said Hugh. The vicarage of Robert, chaplain, who holds the whole church, paying three marks to the parson, is reserved.*] OXON.

ALDEBIRY.—Robertus, clericus, filius Hugonis de Wigthulla, presentatus ab eodem Hugone ad personatum trium marcarum in ecclesia de Aldebiry, post inquisitionem super eadem factam per Radulphum, clericum, Archidiaconum Oxoniensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva possessione Roberti, capellani, ejusdem ecclesie vicarii perpetui, qui totam ecclesiam possidet, et reddendo persone tres marcas.

---

[*George. son of John Bagianus, on the order of the Legate, by Geoffrey de Hastinges his proctor, is put in possession of Hemingby, or Hemington, church.*] LEICS. *or* LINCS.?

HEMMINGET[ONE] (*sic*).—Die Martis proxima post Dominicam Palmarum Georgius, filius Johannis Bagiani, de mandato domini Legati per Galfridum de Hastinges, procuratorem, missus est in corporalem possessionem ecclesie de Hemingeby.

---

[*Nicholas, brother of the noble Fulk de Breaute, on the order of the Legate, by William de Leircestria his proctor, is put in possession of Medbourne church.*] LEICS.

MEDBORNE.—Die Mercurii proxima post Dominicam Palmarum Nicholaus, frater nobilis viri Falkasii de Breaute, de mandato domini Legati, per magistrum Willelmum de Leircestria, procuratorem, missus est in corporalem possessionem ecclesie de Medborne.

[*Thomas, son of Simon, clerk, instituted to Clifton church; presented as to one mediety by Geoffrey de Parteshilla and as to the other by Robert de Overton.*] BEDS.

CLIFTONE.—Thomas, filius Symonis, clerici, presentatus per Galfridum de Parteshilla ad unam medietatem ecclesie de Cliftona, et per Robertum de Overtona ad aliam medietatem ejusdem ecclesie, post inquisitionem super eisdem factam per Archidiaconum Bedefordiensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem ecclesia.

---

[*Henry de Kamel, clerk, instituted to the church of Easton; presented by the Abbot and Convent of Reading. A pension of 20s. is reserved to the Abbot and Convent.*] HUNTS.

ESTONE.—Henricus de Kamel, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Radinga ad ecclesiam de Estona, post inquisitionem super eadem ecclesia factam per Archidiaconum Huntingdoniensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva dictis Abbati et conventui de eadem ecclesia debita et antiqua viginti solidorum pensione.

---

[*William, clerk, instituted to the church of Emberton; presented by William, son of Pagan, knt. The portion therein of Robert, clerk, held by grant of J., late parson, and W., the patron, is reserved.*] BUCKS.

EMBERTONE.—Willelmus, clericus, presentatus per Willelmum filium Pagani, militem, ad ecclesiam de Embertona, post inquisitionem super eadem ecclesia factam per Archidiaconum Bukingehamiensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva portione Roberti, clerici, quam, ex concessione J., quondam persone, et W., patroni ejusdem ecclesie, habet in eadem ; et mandatum est Archidiacono loci ut mittat eum in corporalem possessionem ejusdem ecclesie.

---

[*S., chaplain, instituted to the church of Padbury; presented by J., Prior, and the Convent of Bradewell. A pension reserved to the Prior and Convent.*] BUCKS.

PADEBIRY.—S., cappellanus, presentatus per J., Priorem, et conventum de Bradeuella ad ecclesiam de Padebiria, post inquisitionem factam super dicta ecclesia per Archidiaconum Buking-

hamiensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva dictis Priori et conventui de memorata ecclesia debita et antiqua pensione; et mandatum est Archidiacono ut secundum formam premissam mittat, etc.

---

[*Peter de Leicestria, clerk, instituted to the church of Croft; presented by the Abbot and Convent of Leicester. John de Lec renounced the right he claimed in the presentation. Peter is forbidden to pay anything in the name of pension to the Abbot and Convent.*] LEICS.

CRAFTE.—Petrus de Leicestria, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Leircestria ad ecclesiam de Craft, post inquisitionem per Archidiaconum Leircestriensem factam, cum Johannes de Lec juri, quod dicebat se habere in presentatione ejusdem ecclesie, penitus renunciasset, et negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem; et mandatum est eidem Archidiacono ut predictum Petrum mittat in corporalem possessionem illius ecclesie. Inhibitum est etiam eidem Petro sub juramento prestito obedientie ne aliquid, nomine pensionis de eadem ecclesia, predictis Abbati et conventui solvat.

---

[*Andrew de Scalariis, already vicar, paying a bezant in the name of pension to Nicholas, late parson, is instituted to the parsonage of one bezant in the church of Little Munden; presented by William de Scalariis. A vicarage, on the presentation of Andrew, with the consent of W., the patron, is reserved to William de Standon. The vicarage consists of one acre of land and the tithes, etc., of the whole parish, and all the tithes, etc., of the vill of Haultwick. William is to bear all episcopal burdens in addition to the entertaining of the Archdeacon.*] HERTS.

MUNDENE PARVA.—Andreas de Scalariis, presentatus per Willelmum de Scalariis ad personatum unius bisantii annui in ecclesia de parva Mundena vacantem, cum prius vicarius esset in eadem et totam illam ecclesiam nomine vicarie sue possideret, reddendo Nicholao, quondam illius ecclesie persone, predictum bisantium nomine pensionis, facta etiam inquisitione per R., Archidiaconum Huntingdoniensem, per quam negotium fuit in expedito, ad prefatum personatum est admissus, et in tota eadem ecclesia canonice persona institutus; salva Willelmo de Standona, capellano, vicaria sua quam ad presentationem predicti Andree, persone, et de consensu W., patroni, habet in eadem, que consistit

in una acra terre, contigua atrio ejusdem ecclesie ex parte australi, et in omnibus minutis decimis, oblationibus, et obventionibus totius parochie, et preterea in omnibus decimationibus, tam in garbis quam in minutis decimationibus, et omnimodis obventionibus cujusdam ville que vocatur Alfeldewike. Idem autem Willelmus sustinebit omnia onera episcopalia debita et consueta preter hospitium Archidiaconi. Et injunctum est prefato Archidiacono, tunc presenti, quod secundum formam premissam, etc.

---

[*Geoffry, clerk, presented by A. Pincham, is instituted to the church of Wilcot, with the proviso that he be ordained and serve personally.*] OXON.

WIVELECOTE.—Galfridus, clericus, presentatus per A. Pincham ad ecclesiam de Wivelecote, facta prius inquisitione per R., clericum, Archidiaconum Oxoniensem, per quam negotium fuit expeditum, admissus est cum onere et institutus in eadem, ita quod ad proximos ordines accedat ordinandus, et deinceps ordinem sacerdotii suscepturus, ut in ecclesia eadem sic possit in propria persona deservire.

---

[*In regard to the church of Stoke, which is in the patronage of the Prior and Convent of Huntingdon, the Bishop made the following ordinance: The Prior and Convent to have one mediety, and Richard, chaplain, whom he admitted on their presentation, the other mediety. The endowments and burdens of each mediety set out.*] BUCKS.

STOKE.—In ecclesia de Stoke, que est de advocatione Prioris et conventus de Huntingdona, dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et Capituli Lincolniensis, talem fecit ordinationem, videlicet, quod Prior et conventus habeant et teneant in perpetuum in usus proprios, nomine perpetui beneficii, medietatem illius ecclesie cum suis pertinentiis subscriptis. Reliquam medietatem illius ecclesie Ricardus, cappellanus, quem, ad eorum presentationem, ad ipsam admisit et in ea personam instituit, et successores sui similiter ab eisdem domino Episcopo [admittendi] et instituendi, integre cum suis pertinentiis in perpetuum possidebunt. Partitio autem totius ecclesie talis facta est, scilicet, quod persone ministrantes in eadem percipient totum altalagium cum minutis decimis, et cum curia et cum virgata terre et dimidia ad dictam ecclesiam pertinentibus, simul cum terra quam Ricardus Maufrais tenuit de W., quondam

persona dicte ecclesie. Canonici, vero, habebunt aliam curiam ecclesie cum messuagio unius rode terre, quam Hugo de Crawel' tenuit, et in recompensationem altalagii et minutarum decimarum et terre et curie ad personas pertinentium, percipient ipsi canonici decimas garbarum de toto feodo Roberti de Saucey, quod habet in Ykele. Debent, autem, Prior et conventus et persone et successores sui omnes decimas garbarum ad predictam ecclesiam pertinentes, preterquam decimas predictas de feodo Roberti de Saucey in Ykele, plene et fideliter in se dimidiabunt; et quecumque deinceps adquirere poterunt, tanquam jus et pertinentias ecclesie memorate, inter se similiter dimidiantes. Persone etiam, successive in dicta medietate instituende tres solidos annuos pro sinodalibus solvent, et cetera onera, tam archidiaconalia quam alia, ad eandem ecclesiam spectantia, dicti canonici et persone equaliter sustinebunt. Facta autem fuit prius inquisitio per W., Archidiaconum Bukinghamiensem, per quam totum negotium fuit in expedito; et mandatum est eidem Archidiacono ut mittat eos in corporalem portionum suarum possessionem.

---

[*Richard de Newenham, clerk, instituted parson of Sandy; presented by Roger de Beauchamp: Richard de Beauchamp, nephew of Roger, had renounced the presentation made to him. Richard undertook to pay fifteen marks if he should cohabit with a woman whom he is said to have married. If this should happen the Archdeacon is to report it by letter to the Bishop.*] BEDS.

SANDEIA.—Ricardus de Newenhama, clericus, presentatus per Rogerum de Bellocampo ad ecclesiam de Saundeia, post inquisitionem inde per Archidiaconum Bedefordiensem factam, et postquam Ricardus de Bellocampo, nepos ejusdem Rogeri, presentatus ad eandem, presentationi de eo facte sponte renunciavit, cum negotium esset in expedito, ad eandem admissus est et persona institutus; et mandatum est eidem Archidiacono ut mittat eundem Ricardum de Newenhama in corporalem ejusdem ecclesie possessionem. Mandatum est eidem, etiam, quod predictus Ricardus promisit se quindecim marcas soluturum [esse] nomine pene, si cum muliere, cum qua dicebatur matrimonium contraxisse, decetero cohibitasse convincatur aut in loco privato et suspecto ad eam accessum habuisse, et quod Archidiaconus super hoc curam habeat, et si ita de eodem Ricardo contigerit, illud domino Episcopo per litteras suas significet.

---

[*Nicholas de Lietona, clerk, instituted to the church of Hockliff; presented by Thorold, Warden of the hospital of Hockliffe and the Brethren there, after John Malherber had resigned his right of patronage. Power reserved to the Bishop, with consent of the Chapter of Lincoln, to appoint the Brethren a benefice in the said church.*] BEDS.

HOCCLIVE.—Nicholas de Liuetona, clericus, presentatus per Turoldum, Custodem hospitalis de Hocclive, et Fratres ejusdem loci ad ecclesiam de Hoccliva, cum per inquisitionem inde per Archidiaconum Bedefordiensem factam, et post resignationem Johannis Malherbe litteratorie factam super jure patronatus quod in eadem habuit ecclesia, negotium esset in expedito, admissus est et persona institutus in eadem, retenta domino Episcopo potestate conferendi quod ei placuerit nomine perpetui beneficii in eadem ecclesia Fratribus ejusdem hospitalis, quod cum consensu Capituli Lincolniensis eis conferre poterit; et mandatum est eidem Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eundem Nicholaum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Roger, chaplain, instituted to the church of Eastwell; presented by the Abbot and Convent of Leicester, provided that he serve personally, and henceforth shall not keep the concubine, about whom he has been reported. Otherwise he is to be deprived.*] LEICS.

ESTWELLE.—Rogerus, capellanus, presentatus per Abbatem et conventum Leircestriensem ad ecclesiam de Estwella post inquisitionem factam per Archidiaconum Leircestriensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, ita quod dicte ecclesie in propria persona deserviat, et quod concubinam de qua hactenus fuit diffamatus vel aliam decetero non tenebit; alioquin si super hoc convictus fuerit beneficio suo privabitur; et mandatum est Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eundum Rogerum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Seman, clerk, on the presentation of the Prior and Convent of Launde, is instituted to the mediety of the church of Great Weldon, vacant because Alan Costein, clerk, who held it (p. 67, ante), has been admitted, under the rule of the Council, to the church of Ab Kettleby. A pension of two marks is reserved to the Prior and Convent.*] NORTHANTS.

WELEDONE.—Semannus, clericus, per Priorem et conventum de Landa ad medietatem ecclesie de Weleduna vacantem, eo quod

Alanus Costein; qui eandem medietatem habuit, admissus est sub pena Concilii ad ecclesiam de Ketelby in Archidiaconatu Leircestriensi, cum per inquisitionem inde, per Archidiaconum Norhamtoniensem factam, negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem. salva dicti Priori et conventui de eadem ecclesia annua duarum marcarum pensione. Et mandatum [est] Archidiacono Norhamtoniensi ut ipsum in corporalem ejusdem ecclesie possessionem inducat.

---

[*William de Wanda, clerk, instituted to the church of Lamport; presented by Peter Maleseures, knt.*] NORTHANTS.

LANGEPORTE.—Willelmus de Wanda, clericus, per Petrum Maleseures, militem, presentatus ad ecclesiam de Langeporta, post inquisitionem inde per Archidiaconum Norhamtoniensem factam, per quam negotium fuit in expedito, ad eandem admissus est et persona institutus in eadem; et mandatum est Archidiacono Norhamtoniensi ut ipsum in corporalem ejusdem ecclesie possessionem inducat.

---

[*John, chaplain, instituted to the church of Burnham; as to one mediety presented by the noble William Briwere, patron, by reason of his wardship of the land and heir of Duncan de Laceles, and by Sir Ralph de Hodeng as to the other mediety, on the resignation of Elias de Sunninges, and after receipt of the King's letter that William and Ralph had recovered the advowson against Robert de Wiville and the Prioress of Wike. The portion in the same of R., the chaplain, is reserved.*] BUCKS.

BURNEHAME.—Johannes, capellanus, per nobilem virum Willelmum Briwerra, patronum medietatis ecclesie, ratione custodie terre et heredis Dunecani de Laceles, et per Radulphum de Hodenge, militem, patronum alterius medietatis ad ecclesiam de Burnhama presentatus, cum per inquisitionem inde per Archidiaconum Bukinghamiensem factam, et per resignationem Helye de Sunninges, clerici, per dictum Radulphum de Hodenge ad unam medietatem presentati, litteratorie factam super jure quod vendicabat in eadem medietate, negotium esset in expedito, admissus est et persona institutus in eadem, receptis tamen prius litteris domini Regis quod dicti Willelmus Briwera et R. de Hodenge in Curia domini Regis coram Justiciariis apud Westmonasterium recuperaverunt seisinam advocationis ecclesie de Burnhama versus

Robertum de Wivilla et Priorissam de Wika, per assisam ultime presentationis inde ibi inter eos captam, et quod dominus Episcopus ad presentationem ipsorum Willelmi et Radulphi idoneam personam ad eandem ecclesiam admitteret. Mandatum est igitur Archidiacono Bukinghamiensi ut mittat eum in corporalem possessionem illius ecclesie, salva portione R. capellani quam habet in eadem.

---

[*John de Luvaine, clerk, instituted to the church of Barrowby; presented by the Prior and Convent of Eye; any pension due to the Prior and Convent is reserved, and also the vicarage of Walter, the chaplain. The vicarage to be at least 100s. It consists of obventions, tithes and land belonging to the chapel of Casthorpe. The vicar to have two acres of land near the village of Barrowby, of the parson's demesne, where he can reside and build a house. If no pension is due to the Prior the vicarage shall be increased to ten marks. John de Luvaine is to answer to the Bishop for ten marks which he received during the two years he held the charge of the church.*] LINCS.

BERGEBY.—Johannes de Luvaine, clericus, per Priorem et conventum de Eya ad ecclesiam de Bergeby presentatus, post inquisitionem inde per Magistrum J., Officialem Archidiaconatus Lincolniensis factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem, salva debita et antiqua pensione de eadem ecclesia dictis Priori et conventui de Eya, si qua fuerit; salva etiam vicaria Walteri, capellani, quam ad presentationem dicti Johannis de Luvaine et de consensu predictorum Prioris et conventus, ejusdem ecclesie patronorum, habet in eadem, ex ordinatione domini Episcopi. Debet autem illa vicaria esse ad minus centum solidorum; et consistet in obventionibus et decimis altalagii ecclesie nominate, cum terra spectante ad capellam de Cassinthorpa, et in viginti et octo solidis quos vicarius singulis annis percipiet de redditu assise in eadem villa. Provisum est etiam quod vicarius habeat duas acras terre propinquiores ville de Bergheby de dominico persone, ubi inhabitare potest et domicilium construere. Quod si probatum fuerit nullam pensionem de prefata ecclesia sepedictis patronis esse debitam, tunc augmentabitur memorata vicaria usque ad decem marcas. Mandatum est igitur Nigello de Sapertona, Decano, ut tam Johannem in corporalem prelibate ecclesie possessionem, quam Walterum in corporalem sepedicte vicarie possessionem, juxta formas premissas introducat.

*This entry is continued on the dorse :—*

Iste Johannes de Luvaine debet respondere domino episcopo de decem marcis de duobus annis infra quos habuit custodiam ejusdem ecclesie de Bergheby.

---

[*Eudo, clerk, is instituted to the perpetual vicarage of the church of Wing ; presented by the Prior of Spalding, vicegerent of the Abbey of St. Nicholas of Anjou. Eudo is to be ordained at the next ordination, and to serve personally, unless it happen that he set out on the crusade. He is admitted to such a vicarage as the late Vicar Robert had.*] BUCKS.

WENGE.—Eudo, clericus, presentatus ad perpetuam vicariam ecclesie de Wenge per Priorem de Spaulinga, vices gerentem Abbatis Sancti Nicholai Andegavensis ad presentandum clericos idoneos ad beneficia vacantia que de ipsius Abbatis advocatione sunt in Anglia, post inquisitionem super eadem vicaria per W., Archidiaconum Bukinghamiensem factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, ita quod ad proximam ordinum celebrationem veniat in diaconum ordinandus, et postmodum in presbiterum, ut eidem vicarie in propria persona deserviat, nisi contingat ipsum, cum cruce signatus sit, iter sue peregrinationis arripere. Admissus est autem ad vicariam talem qualem habuit Robertus quondam vicarius in eadem ecclesia, sicut in inquisitione super eadem vicaria facta plenius continetur. Et mandatum est dicto Archidiacono Bukinghamiensi ut secundum formam premissam mittat ipsum Eudonem in corporalem illius vicarie possessionem.

*Upon the dorse of this entry is the following note :—*

[*The Archdeacon of Lincoln, or J. his Official, to be spoken with about two hospices which he claims from the house of Nun Coton, of the whole church of Cuxwold, and the mediety of the church of Kelby.*] LINCS.

Loquendum est cum Archidiacono Lincolniensi, vel cum magistro J., Officiali suo, de duobus hospitiis que petit a domo de Cotun de tota ecclesia de Gokeswauda, et medietatem ecclesie de Keleby.

---

[*Geoffrey de Beauchamp, clerk, instituted to the church of Brickhill; presented by the noble T. Basset, after Warine de Vernun, knt., and Ada his wife, who had claimed the presentation of a third part of the church, had renounced their claim.*] BUCKS.

[*The Bishop decreed, with the assent of Geoffrey, that he attend the schools under pain of deprivation.*]

BRIKEHELLE.—Galfridus de Bello Campo, clericus, ad ecclesiam de Brikehelle per nobilem virum T. Bassete [presentatus], cum post inquisitionem per Archidiaconum Bukingehamiensem factam, et postquam Warinus de Vernun, miles, et Ada uxor ejus, qui jus presentandi ad terciam partem illius ecclesie sibi vendicaverunt, et per litteras suas patentes in capitulo loci pro jure suo appellaverunt, postea in eodem capitulo tam juri quam dicebant se habere in predicta ecclesia quam appellacioni prius facte per litteras suas patentes renunciassent, negotium esset in expedito, admissus est et postea institutus in eadem. Ordinavit etiam dominus Episcopus, de assensu ipsius Galfridi, clerici, quod post instans festum sancti Michaelis inantea scolas frequentet, vel quod dominus Episcopus eum beneficio privet memorato. Mandatum est igitur Archidiacono Bukinghamiensi ut ipsum in corporalem ejusdem ecclesie possessionem secundum formam premissam inducat.

---

[*Walter de Louth admitted to the church of St. Peter-at-Arches, in Lincoln, which the Bishop conferred on him by authority of the Council.*] LINCS.

SANCTI PETRI AD ARCHUS.—Magister Walterus de Lud[a] ad ecclesiam Sancti Petri ad Archus in Lincolnia, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus persona in eadem.

---

[*Eudo de Farlestorp, instituted to the church of Bilsby; presented by William de Bilsby, knt., after Richard de Farlesthorpe, first presented, had been rejected because he was nearly illiterate.*] LINCS.

BYLESBY.—Eudo de Farlestorpa, presentatus per Willelmum de Bilesby, militem, ad ecclesiam de Bilesby, refutato Ricardo de Farlestorpa, clerico, qui fuerat prius presentatus ad eandem eo quod fere illiteratus fuit, post inquisitionem pridem inde factam per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem persona; et injunctum est Magistro J. de Horkestowa, Officiali Archidiaconatus Lincolniensis, tunc presenti, ut mittat eum in corporalem possessionem illius ecclesie.

[*Gilbert, clerk, instituted to the church of Belleau; presented by William de Welle, knt.*] LINCS.

HELGELOLOCE.—Gilibertus, clericus, presentatus per Willelmum de Wella, militem, ad ecclesiam de Helgeloch, post inquisitionem super eadem ecclesia per magistrum J., Officialem Archidiaconatus Lincolniensis, factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem; et injunctum est dicto Officiali, tunc presenti, ut mittat eum in corporalem possessionem illius ecclesie.

---

[*William, chaplain, instituted to the chapel of Welle; presented by William de Welle, knt. He is to reside and serve personally.*] LINCS.

WELLA.—Willelmus, capellanus, presentatus per Willelmum de Wella, militem, ad capellam de Wella, post inquisitionem per magistrum J., Officialem Archidiaconatus Lincolniensis inde factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem, cum honere (*sic*) ut in eadem ecclesia residentiam faciens. Eidem in propria persona competenter deserviat; et injunctum est dicto Officiali, tunc presenti, ut secundum formam premissam, etc.

---

[*Simon, clerk, instituted to the church of Wythern; presented in virtue of her dower by Matilda, mother of William de Welle, knt.*] LINCS.

WYERME.—Simon, clericus, presentatus per Matildem, matrem Willelmi de Wella, militis, ratione dotis sue, ad ecclesiam de Wyerma, post inquisitionem per magistrum J., Officialem Archidiaconatus Lincolniensis, inde factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem ; et injunctum est dicto Officiali, tunc presenti, ut mittat eum, etc.

---

[M. 12.]

[*H. de Laventon, chaplain, after inquiry by the Abbot of Dorchester, instituted to the chapel of* [*Marsh*] *Baldon, with burden of residence and personal service; presented by Peter de la Mara. A pension of one pound of incense is reserved to the mother church of Dorchester.*] OXON.

BALDINTONE.—H. de Laventona, cappellanus, presentatus per Petrum de la Mara ad capellam de Baldindona cum omnibus

pertinentiis suis, facta prius inquisitione per Abbatem de Dorkecestria, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus in eadem, cum onere ut ibidem residentiam faciat et in eadem competenter in propria persona deserviat; et mandatum est eidem Abbati ut secundum eandem formam mittat eum in corporalem illius cappelle possessionem, salvo matrici ecclesie de Dorkecestria pensione unius libre incensi.

---

[*R. de Tinton, clerk, presented by the Prior and Convent of Bradwell, after William, clerk, who claimed that he had been presented by the said Prior, had withdrawn his claim, is instituted to the church of Stoke Hammond subject to the rule of the Lateran Council, since he is elsewhere beneficed, as is alleged. The vicarage which H., chaplain, claimed is reserved, and also to the Prior and Convent a pension of 20s.*] BUCKS.

STOKES.—R. de Tintona, clericus, presentatus per Priorem et conventum de Bradewella ad ecclesiam de Stokes, post inquisitionem per Archidiaconum Bukingehamiensem factam, et postquam Willelmus capellanus, qui dicebat se presentatum fuisse ad dictam ecclesiam per dictum Priorem, et pro jure suo in capitulo loci appellavit, renunciavit appellationi sue, per quam negotium fuit in expedito, sub pena Concilii Lateranensis cum alias sit beneficiatus ut dicitur, admissus est et persona institutus in eadem, salva vicaria quam H., capellanus, proponit se habere in eadem, et salva dictis Priori et conventui de eadem ecclesia debita et antiqua viginti solidorum pensione; et injunctum est Archidiacono Bukingehamiensi, tunc presenti, ut secundum formam premissam, etc.

---

[*Thomas de Burg, chaplain, instituted to the perpetual vicarage of Spridlington; presented by G., Prior of the order of Sempringham, and G., Prior, and the Nuns of Bullington. The endowments of the vicarage set out. The residue of the tithes goes to the Nuns of Bollington, who afford hospitality to the Archdeacon and bear all episcopal burdens.*] LINCS.

SPRIDLINGTONE.—Thomas de Burgo, capellanus, presentatus per G., Priorem Ordinis de Sempingehamia, G., Priorem, et moniales de Bulingtona, ad perpetuam vicariam ecclesie de Spridlingtona, post inquisitionem per Officialem Archidiaconatus Stowensis

inde factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et vicarius perpetuus institutus in eadem. Que quidem vicaria consistit in omnibus obventionibus altalagii ejusdem ecclesie cum tota terra et manso pertinentibus ad eandem ecclesiam, et tertia garba decime decem et octo bovatarum de dominico Henrici de Nevilla, et tota decima trium bovatarum que sunt Pagani in eadem parrochia. Et idem vicarius sinodalia solvet, et in propria persona eidem ecclesie deserviet. Totum autem residuum decimarum ejusdem ecclesie cedet in usus proprios monalium de Bulingtona et eedem moniales facient hospicium Archidiacono et omnia alia honera (*sic*) episcopalia sustinebunt. Et mandatum est magistro S., Officiali Archidiaconatus Stowensis, ut tam predictum Thomam, capellanum, in corporalem vicarie sue, quam dictas moniales in portionis ipsas in eadem ecclesia contingentis possessionem, secundum formam premissam inducat.

---

[*Geoffrey de Thoars, treasurer of Poitou, presented by John, King of England, to the church of Finedon; prior to the General Council had charge of that church from the Bishop almost three years, until a year had passed after the Bishop's return from the Council (when the Bishop was at Limberg, and the Cardinal G., the then Legate, was at Nehus), he was instituted by the Bishop on an order previously received from the Legate.*] NORTHANTS.

TYNGDENE.—Galfridus de Thoarc̃, Thesaurarius Pictavensis, presentatus per Johannem, Regem Anglorum, pridem ante Concilium Generale ad ecclesiam de Tyndena, ipsius custodiam habuit per dominum Episcopum fere per triennium, donec, anno revoluto, post reditum domini Episcopi a Concilio Generali, cum esset idem dominus Episcopus apud Limbergam, et dominus G., tituli Sancti Marci presbiter Cardinalis, tunc Legatus, esset apud Nehus, recepto prius mandato ejusdem domini Legati super hoc, a domino Episcopo admissus est et institutus in eadem.

---

[*William de Superma, clerk, instituted to the church of Wymington; presented by Peter de Superma, his brother.*] BEDS.

WYMINTONE.—Willelmus de Superma, clericus, presentatus per Petrum de Superma, fratrem ejus, ad ecclesiam de Wymintona, post inquisitionem inde per Archidiaconum Bedefordiensem factam

per quam negotium fuit in expedito, admissus est et institutus persona in eadem ; et mandatum est eidem Archidiacono ut mittat eum in corporalem ejusdem ecclesie possessionem.

---

[*Luke de Eringworth, chaplain, instituted to the church of Buckden, reserving the vicarage to Henry, who pays the parson a pension of 20 marks ; presented by the Prior and Convent of Lande.*] NORTHANTS.

BUGGEDONE.—Lucas de Eringwortha, capellanus, presentatus per Priorem et conventum de Landa ad ecclesiam de Buggedona, salva Magistro Henrico vicaria sua in eadem ecclesia, qui ipsam ecclesiam tenet integre cum omnibus pertinentiis, reddendo inde viginti solidos annuos dicto Luce, tanquam persone, nomine pensionis, facta prius inquisitione per Archidiaconum Norhamtoniensem per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem ; et mandatum est eidem Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem ejusdem ecclesie.

---

[*Ralph de Lidiard, clerk, instituted to the church of Creslow, which the Bishop conferred on him by authority of the Council. An annual pension of half a mark is reserved for hospitality.*] BUCKS.

KERSELOWE.—Radulphus de Lidiarde, clericus, admissus est et institutus in ecclesia de Kerselowa, quam dominus Episcopus ei contulit auctoritate Concilii, salvo in posterum jure cujusque patroni, qui jus patronatus evicerit in eadem, salva de eadem ecclesia hospitalaria annua dimidie marce pensione. Et mandatum est Archidiacono Bukyngehamiensi ut mittat, etc.

---

[*The Bishop, by authority of the Legate, conferred on Warin the church of St. Peter ad Pleas, in Lincoln, of which William de Ponte had been deprived by the Legate, and canonically instituted him parson. The patron's right is reserved, and he is to serve personally.*] LINCS.

SANCTI PETRI AD PLACITA.—Dominus Episcopus, auctoritate domini Legati ei commissa, contulit Garino capellano ecclesiam Sancti Petri ad placita in Lincolnia, que fuit Willelmi de Ponte, privati per dominum Legatum, ipsumque Garinum in dicta ecclesia

canonice personam instituit, salvo patronis in posterum jure patronatus sui. Debet autem dictus L. (*sic*) ipsi ecclesie in propria persona deservire ; et mandatum est G. de Innocentibus, Decano civitatis Lincolniensis, ut secundum formam premissam eum in corporalem illius ecclesie possessionem inducat.

---

[*Hugh de Osbourneby instituted to the ninth part of the church of Corby, which the Bishop conferred on him by authority of the Council. The right of any patron of that ninth part is reserved.*] LINCS.

CORBY.—Hugo de Osberneby, clericus, admissus est et institutus cum onere debito in nona parte ecclesie de Corby, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, salvo jure cujuscumque patroni qui in eadem nona parte jus patronatus evicerit ; et mandatum est magistro J., Officiali Archidiaconatus Lincolniensis, ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius none partis possessionem.

---

[*William de Hammes, precentor of Wells, instituted to the church of West Keal, which the Bishop conferred on him by authority of the Lateran Council, the right of any patron being reserved. Afterwards, with the assent of the Dean and Chapter of Lincoln, the Bishop granted to the Abbot and Convent of Croyland a pension of 4 shillings, which, nevertheless, they were already accustomed to receive.*] LINCS.

WESTKELE.—Willelmus de Hammes, precentor Wellensis, ad ecclesiam de Westkele cum omnibus pertinentiis suis est admissus, et in ea persona institutus, quam dominus Episcopus contulit auctoritate Concilii Lateranensis, salvo jure cujuscumque patroni qui jus patronatus evicerit in eadem. Postmodum autem concessit dominus Episcopus, de assensu Decani et capituli Lincolniensis, Abbati et conventui Croilandiensi quatuor solidos annuos de eadem ecclesia et carta sua confirmaverunt ; quos tamen idem Abbas et conventus percipere prius consueverunt.

---

[*Gervase de Paveley, clerk, instituted to the church of Milton, which the Bishop, by the authority of the Council, conferred on him at the request of W. Longespee, Earl of Salisbury, and R., Abbot of Barlings, between whom there was a dispute as to the advowson. The rights hereafter of the said Earl and Abbot are reserved.*] OXON.

MUDELINGTONE.—Gervasius de Pavely, clericus, ad ecclesiam de Mudelingtona vacantem est admissus et persona institutus, quam, ad petitionem nobilis viri W. Lungespe, Comitis Saresburiensis, et R., Abbatis de Barlines, inter quos jactebatur contentio super advocatione ejusdem, contulit dominus Episcopus auctoritate Concilii, salvo jure dictorum Comitis et Abbatis in posterum super ejusdem advocatione; et mandatum est Archidiacono Oxoniensi ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

*Ralph de Cnoweshale, clerk, chosen by Columba and Juliana, widows, and Geoffrey, Columba's son, heirs of William Fitz Ascelin, and presented by the Prior and Convent of Dunstable, with their consent, is instituted to the church of St. Peter, Bedford, which the Bishop conferred on him by authority of the Council. The rights of the heirs reserved, and also a pension to the Prior and Convent; the Archdeacon is to enquire if it be due and ancient.*] BEDS.

SANCTI PETRI BEDEFORDIENSIS.—Radulphus de Cnoweshale, clericus, electus a Columba et Juliana, mulieribus, et Galfrido filio Columbe, heredibus Willelmi filii Ascelini, et presentatus per Priorem et conventum de Dunstaplia de consensu dictorum, ad ecclesiam sancti Petri de Bedeforda est admissus, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii et personam instituit; salvo jure eorundem heredum in posterum, et salva dictis Priori et conventui debita et antiqua de eadem ecclesia pensione; et mandatum est Archidiacono Bedefordiensi ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem, et quod diligenter inquirat que sit debita pensio de eadem ecclesia dictis Priori et conventui et antiqua, et eandem eis habere faciat.

---

[*Stephen, chaplain, instituted to the vicarage of Henlow, with burden of personal service; presented by the Prior and Convent of Lanthony. As to endowments of the Vicarage.*] BEDS.

[*The Bishop granted indulgence to Walter, parson of the church of Stoke, to attend the schools oversea and not to be ordained while he was in the schools. The Archdeacon of Oxford is to allow him meanwhile free administration of his benefice.*] OXON.

HENLAWE.—Stephanus, cappellanus, presentatus per Priorem et conventum de Lantonaia ad vicariam ecclesie de Henlowa, post inquisitionem super eadem vicaria per Archidiaconum Bedefordiensem factam, per quam negotium fuit in expedito, ad eandem vicariam est admissus et vicarius institutus, cum onere in eadem vicaria personaliter ministrandi ; et mandatum est dicto Archidiacono ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem illius vicarie possessionem, que in inquisitione inde facta taliter est distincta ; vicaria consistit in tertia parte decimarum garbarum et tertia parte omnium obventionum altaris preter panem et caseum, quem vicarius integre percipiet.

*On the dorse of this entry is:—*

Dominus Episcopus indulsit Waltero, persone ecclesie de Stokes, quod in partibus transmarinis possit scolas frequentare, et quod non compellatur ad ordinum susceptionem quamdiu in scolis fuerit, et ita mandatum est Archidiacono Oxoniensi, et quod permittat eidem interim beneficii sui liberam habere administrationem.

---

[*Ledger Piparde, clerk, is instituted parson of Morton; presented by W. de Harecurte. The Official is to see that ministration is made by a suitable chaplain.*] LEICS.?

[*Richard de Mora, clerk, master of Ledger Piparde, is appointed his proctor; is sworn before the Bishop to provide necessaries for Ledger out of the profits of that church.*]

MORTONE.—Leodegarius Piparde, clericus, presentatus per W. de Harecurte ad ecclesiam de Mortona, facta prius inquisitione per magistrum R., Officialem Leircestriensem, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem ; et mandatum est eidem Officiali, et mittat eum in corporalem ejusdem ecclesie possessionem, provisurus diligenter quod per cappellanum idoneum ministretur in eadem.

*This entry is continued on the dorse:—*

Datus est procurator Loedegario Piparde, clerico, magister suus, Ricardus de Mora, clericus, qui coram domino Episcopo juravit quod de fructibus ejusdem ecclesie eidem Leodegario necessaria ministrabit, et negotia sua cum diligentia et fidelitate procurabit.

---

[*Hugh de Bedford is instituted parson of Holcott, which the Bishop, reserving the right of the patron, conferred on him by authority of the Council. As Hugh was beneficed in the See of Bath the Bishop notified this to the Bishop of Bath and Glastonbury.*] BEDS.

HOLECOTE.—Magister Hugo de Bedeforda institutus est persona in ecclesia de Holecote, quam dominus Episcopus, salvo jure patroni in posterum, ei auctoritate Concilii contulit et sub pena Concilii, ita quod quia idem Hugo beneficiatus fuerat in episcopatu Bathoniensi, dominus Episcopus hoc episcopo Bathoniensi et Glastoniensi significavit, ut inde faciat quod viderit faciendum. Mandatum est autem Archidiacono Bedefordiensi, etc.

---

[*Alan is instituted parson of the church of St. Mary, Bedford, which the Bishop conferred on him by authority of the Council. The pension of the Prior and Convent of Dunstable, if any, is reserved, and also the right of any patron.*] BEDS.

SANCTE MARIE BEDEFORDIENSIS.—Magister Alanus admissus est ad ecclesiam Sancte Marie in Bedefordia et persona institutus, cui dominus Episcopus eam auctoritate Concilii contulit, salva de eadem Priori et conventui de Dunstaplia debita et antiqua pensione, si qua fuerit, et salvo jure cujuscumque patroni qui jus evicerit in eadem; et mandatum est Archidiacono Bedefordiensi, etc.

---

[*Randulf Brito, clerk, instituted to the church of Leckhamstead, saving the right of J., chaplain therein; presented by Hugh, son of Hugh de Castilune. The King's letters were received that Hugh had recovered seisin of the advowson against Hugh, son of Richard de Castilune, by assize d'arrein presentment, and the King also directed the Bishop to admit a suitable parson, notwithstanding the claim to the advowson by Geoffrey de Say and Petronella Pirot, who released their claim to the said Hugh son of Hugh.*] BUCKS.

LECHAMSTEDE.—Rannulphus Brito, clericus, presentatus per Hugonem, filium Hugonis de Castilune, ad ecclesiam de Lecham-

stede, admissus est et institutus persona in eadem, salvo jure J., cappellani, quam habet in ea, facta prius inquisitione per W. de Tintona, clericum, Archidiaconi Bukinghamiensis super eadem, sicut moris est, et receptis litteris domini Regis quod idem Hugo, filius Hugonis de Castilune, in curia sua recuperavit saisinam advocationis ecclesie de Lechamstede versus Hugonem, filium Ricardi de Castilune, per assisam ultime presentationis inde inter eos captam, per quas etiam litteras dominus Rex mandavit domino Episcopo quod, ad presentationem ipsius Hugonis, filii Hugonis, idoneam personam ad eandem ecclesiam admitteret, non obstante reclamatione Galfridi de Say et Petronille Pirot, qui, summoniti contra assisam eandem, venerunt coram Justiciariis domini Regis et totum jus et clamium quod habuerunt in advocatione predicte ecclesie dicto Hugoni, filio Hugonis, remiserunt ; et mandatum est Archidiacono Bukinghamiensi ut ipsum in corporalem illius ecclesie possessionem inducat.

---

[*Robert Basset, clerk, instituted to the church of Shelswell, which the Bishop conferred on him by authority of the Council, with the burden of personal service when ordained priest. The right of any patron is reserved.*] OXON.

SALDEWELLE.—Robertus Basset, clericus, in ecclesia de Saldewella, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus in eadem, cum onere ministrandi personaliter in eadem cum fuerit promotus in ordinem sacerdotii, salvo tamen jure uniuscujusque patroni qui jus in ea patronatus evicerit, et mandatum est Archidiacono Oxoniensi ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*Hugh de Karletuna, clerk, instituted to the church of Barnack; presented by the Abbot and Convent of Peterborough. A pension of 10s. is reserved to the Abbot and Convent, and other dues also reserved to the office of Sacristan.*] NORTHANTS.

BERNAKE.—Hugo de Karletuna, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Burgo, ad ecclesiam de Bernacka, post inquisitionem inde per R., Decanum de Burgo ad mandatum Archidiaconi Norhamtoniensis factam, per quam negotium fuit in expedito, ad eandem ecclesiam est admissus et persona in ea insti-

tutus, salva dictis Abbati et conventui decem solidorum de eadem ecclesia debita et antiqua pensione ; salvis etiam duabus garbis de dominiis Johannis Fauvel et Roberti filii Galfridi et Hugonis de Bernake, militum, et duabus garbis de duodecim acris terre Galfridi Hoke ex antiquo spectantibus ad sacristiam ; et injunctum est R., Decano de Burgo, tunc presenti, ut mittat eum secundum formam premissam in corporalem illius ecclesie possessionem.

[*See cancelled entry, p.* 82 *ante.*]

---

[*William de Beningworth, clerk, instituted to the vicarage of Great Steeping; presented by the Abbot and Convent of Bardney. Is to be ordained and to serve personally.*] LINCS.

STEPINGE.—Willelmus de Benningwrtha, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Bardeneia ad vicariam ecclesie de Stepinge, cum per inquisitionem inde per magistrum J., Officialem Archidiaconi Lincolniensis factam, negotium esset in expedito, ad eandem vicariam est admissus et vicarius perpetuus institutus ; et mandatum est eidem Officiali ut mittat eum in corporalem vicarie illius possessionem. Admissus est autem cum onere ut ad proximo sequentes ordines veniat ordinandus, et sit deinceps promovendus, donec in officio sacerdotali personaliter eidem vicarie deserviat.

---

[*Robert de Agthorpe, clerk, instituted to a parsonage, being a pension of one bezant in Farforth church; presented by Thomas de Beseby.*] LINCS.

FAREFORDE.—Robertus de Aghtorpa, clericus, presentatus ad pensionem unius bisancii annui in ecclesia de Fareforda per Thomam de Beseby, facta prius inquisitione per magistrum J., Officialem Archidiaconi Lincolniensis, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona institutus in eadem ; et mandatum est dicto Officiali ut ipsum mittat in corporalem ejusdem pensionis possessionem.

---

[*G. de Sto. Albano, clerk, instituted to the vacant church of Frowlesworth; presented by the Prior and Convent of Chacombe. The vicarage of Eustace, chaplain, subject to payment to the said G., as parson, of a pension of 4 marks, is reserved.*] LEICS.

FRELLESWORDE.—G. de Sancto Albano, clericus, presentatus per Priorem et conventum de Chaucumba ad ecclesiam de

Frelleswortha vacantem, post inquisitionem inde per Archidiaconum et Officialem Leircestriensem factam, admissus est et institutus in eadem, salva Eustachio cappellano vicaria sua quam habet in eadem, qui dictam ecclesiam tenebit quoadvixerit, reddendo eidem G., tanquam persone, quatuor marcas annuatim de eadem ecclesia nomine pensionis; et mandatum est Archidiacono Leircestriensi ut secundum formam premissam eundem G. in corporalem illius ecclesie possessionem induci faciat.

---

[*William de Marston, instituted parson of the church of Ridlington; presented by Sir W. de Cantilupe, by reason of his wardship of the land and heir of T. de Montfort, on the resignation of R. de Brackley, clerk, late parson.*] Rutland.

Ridlingtone.—Magister Willelmus de Merstuna, presentatus per dominum W. de Cantilupo ad ecclesiam de Ridlingtona, ratione custodie terre et heredis T. de Monte forti quam habet, post inquisitionem inde per Archidiaconum Norhamtoniensem factam, et resignationem R. de Brackeleia, clerici, qui ejusdem ecclesie persona fuit, a domino Episcopo susceptam, cum negotium esset in expedito, admissus est et persona institutus in eadem; et mandatum est eidem Archidiacono ut secundum formam premissam dictum magistrum in corporalem illius ecclesie possessionem induci faciat.

---

[*Hugh de Bath, clerk, instituted to the church of St. Mary, Northchurch, Berkhamsted; presented by the Abbot and Convent of Gresting. The pension, if any due, is reserved to the Abbot and Convent.*] Herts.

Sancte Marie Berham[sted].—Hugo de Bathonia, clericus, presentatus per Abbatem et conventum Grestengensem ad ecclesiam Sancte Marie de Berchamsteda in aquilone, post inquisitionem per Archidiaconum Huntingdoniensem factam super eadem ecclesia, cum negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem, salva dictis Abbati et conventui pensione de eadem ecclesia, si qua debita sit et antiqua; et injunctum est Archidiacono, tunc presenti, ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem ejusdem ecclesie.

---

[*The Bishop, with the consent of the Dean and Chaper of Lincoln, gave to the Prior and Convent of Newenham for their own use the church of Ravensden (which is in their advowson), reserving a vicarage which he constituted in the same church at their presentation. At their presentation he admitted Abel the chaplain to the said vicarage. The endowments of the vicarage are set out. If less than 5 marks the Archdeacon of Bedford is to make it up to the average amount of ordinary years. The vicar is to pay synodals only and to serve personally. The Prior and Convent to bear all other burdens.*] BEDS.

[RAVE]NESDENE.—Ecclesiam de Ravenesdena, que est de advocatione Prioris et conventus de Newenhamia, dedit et concessit dominus Episcopus, de consensu R., Decani, et Capituli Lincolniensis, eidem Priori et conventui de Newenhamia in usus proprios convertendam, salva vicaria quam in eadem ecclesia ad presentationem dictorum Prioris et conventus ordinavit; et ad presentationem eorundem Abellum, cappellanum, ad eandem vicariam admisit. Que quidem infrascriptis debet consistere, si communibus annis possit ad valentiam quinque marcarum competenter estimari, scilicet in toto altelagio ejusdem ecclesie, et in decem solidis quos tenentes ecclesie ei solvere tenentur annuatim, et in decimis provenientibus de tota terra Alani de Orewella, et decimis provenientibus de tota terra Willelmi Engayne in villa de Ravenesdena. Alioquin, si quinque marcas non valeat, injunctum est Archidiacono Bedefordiensi, tunc presenti, ut de residuis bonis ecclesie constituat eam ad valentiam quinque marcarum competentem communibus annis. Debet autem idem vicarius tantum sinodalia solvere et in propria persona eidem ecclesie deservire. Prior autem et conventus omnia alia onera ejusdem ecclesie tam episcopalia quam archidiaconalia debent sustinere.

---

[*Peter de Sudhamtone, clerk (to whom the Legate gave the mediety of the church of Houghton Conquest, late of John de Beauchamp, excommunicated by authority of the Pope for his manifold contumacy, and deprived of all ecclesiastical benefices, saving the right of presentation to William de Beauchamp, patron of that mediety, when he (Peter) should vacate it), is admitted to the other mediety at the institution of the Legate and at the presentation of Hugh de Hotot, and is instituted parson.*] BEDS.

HOUTONE.—Petrus de Sudhamtona, clericus, cui dominus Legatus medietatem ecclesie de Houtona, que fuit Johannis de Bello campo, tunc auctoritate domini Pape pro contumacia sua

multiplici excommunicati et omnibus ecclesiasticis spoliati beneficiis, contulit, salvo jure presentandi Willelmo de Bello campo, ejusdem medietatis patrono, cum eam vacare contigerit, ad aliam medietatem illius ecclesie, ad institutionem ejusdem domini Legati, et ad presentationem Hugonis de Hotot, est admissus et persona institutus ; et mandatum est Archidiacono Bedefordiensi ut mittat eundem in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*John, chaplain, is instituted to the church of Whitchurch; presented by Robert de Vere, Earl of Oxford, and Isabella de Bolebec, his wife, after Andrew, chaplain, by his letters patent, had resigned the right he claimed in that church.*] BUCKS.

WHITERIG'.—Johannes, cappellanus, presentatus per nobiles R. de Vere, Comitem Oxoniensem, et I. de Bolebec, uxorem ejus, ad ecclesiam de Witthrich̄, cum, post resignationem Andree capellani super jure quod in eadem ecclesia se dicebat habere per litteras suas patentes factam, inquisitione etiam facta super eadem ecclesia per Archidiaconum Bukinghamiensem, negotium esset in expedito, admissus est et institutus in eadem ; et mandatum est magistro Theobaldo, tunc loco Officialis illius archidiaconatus ad tempus constituto, ut in corporalem ejusdem possessionem ipsum faciat induci.

*Entries on the dorse of this membrane :—*

[*On Wednesday before the Nativity of St. John the Baptist, when the Legate departed from Peterborough, the Abbot of St. Edmund came to the Bishop at Standground, with letters of the Legate sent to the Bishop concerning 40 sextaries of salt and the chapel of Wainfleet. Also he put forth certain sealed letters containing an arrangement made between the nuns of Stixwould and the Abbot of St. Edmund, and Robert, late parson of Wainfleet, that the said nuns are bound to pay annually to the house of St. Edmund 40 sextaries of salt, no mention being made of the Wainfleet church, or the successors of the same Robert, but the monks when they come there may celebrate divine service and with the indemnity of the mother church. No consent of any Bishop of Lincoln was had to this arrangement.*] LINCS.

Die Mercurii proxima ante Nativitatem Sancti Johannis Baptiste, qua recessit Dominus Legatus a Burgo, venit Abbas Sancti Edmundi apud Stangrunda ad Episcopum cum litteris domini Legati transmissis domino Episcopo super quadraginta sextariis salis [et] capella de Wainflet. Porrexit etiam litteras quasdam sigillatas continentes transactionem quandam factam

inter moniales de Stikeswauda et Abbatem Sancti Edmundi, et Robertum, quondam personam de Wainflet, quod dicte moniales annuatim tenentur reddere Domui Sancti Edmundi quadraginta sextarios salis, nulla mentione facta de ecclesia de Wainflet vel successoribus ipsius Roberti, set in capella possunt monachi, cum ibi venerint, divina tantum celebrare et cum indempnitate matricis ecclesie; non continetur in litteris illius transactionis quod consensus alicujus Episcopi Lincolniensis intervenerit. Lecta fuit tunc ibidem illa transactio, presentibus domino J., Bathoniensi et Glastoniensi Episcopo, W., Archidiacono Stowensi, Rogero de Bristollia, cappellano, Magistris Willelmo de Lincolnia et Theobaldo de Cantia.

---

[*The Bishop, at Eynsham, on Tuesday before the Translation of Saint Benedict, granted to the Prior of Dunstable, the tithes of the mediety of Pattishall for the present autumn only, until further arrangement should be had with the chapter of Lincoln.*] NORTHANTS.

[*On the day of the Translation of St. Benedict there appeared before us brother Peter, of the Hospital outside Boston, who, when he was asked what right that House had in the fourth part of the church of Kirton in Holland, admitted that Thomas de Multon conferred it on that House, and that Robert de Hardres allowed that House to hold it, without authority from the Bishop or Chapter of Lincoln, but he trusted that by grace of the Bishop it would obtain the right. But Simon, chaplain, also appearing at the same time, set up that he had been presented by the Brethren* [*of St. John*] *of Jerusalem to the mediety of the church of Kirton, and instituted by the Dean of Lincoln when the See was vacant. And he acknowledged that whereas, being held in the obedience of the said Brethren, he could not reside or serve personally, he handed his mediety to the said Brethren, the patrons. The said Brother, as well as Simon, to appear before the Bishop to be dealt with in acçord with the advice of the Chapter of Lincoln.*] LINCS.

Dominus Episcopus apud Eigneshamiam, die Martis proxima ante Translationem Beati Benedicti, concessit Priori de Dunestaplia decimas medietatis ecclesie de Pateshulla hujus instantis autumpni tantum, donec super hoc cum Capitulo Lincolniensi tractatum habuerit pleniorem.

Die Translationis Sancti Benedicti, apud Bannebiriam, coram nobis Frater Petrus, Domus Hospitalis extra Sanctum Botulfum,

et, cum quiretur (*sic*) ab eodem quid juris haberet illa Domus in quarta parte ecclesie de Kirketuna [in] Hoilandia, confessus in jure quod Thomas de Multona, patronus illius ecclesie, illam quartam partem eidem Domui contulit, et quod Robertus de Hardres, tunc Officialis Archidiaconatus Lincolniensis, ipsam eidem Domui tenere permisit, nec super hoc ab Episcopo vel Capitulo Lincolniensi auctoritatem aliquam unquam habuit, set de gratia domini Episcopi obtinenda ingressum [inde?] de jure suo confidebat. Symon vero, cappellanus, eisdem die et loco similiter comparens coram Episcopo, proposuit se ad medietatem ecclesie de Kirketona a Fratribus Hospitalis Jerosolimitani fuisse presentatum, et vacante Sede Lincolniensi a Decano Lincolniensi institutum, et confessus est in jure quod cum, in obsequio predictorum Fratrum detentus, non possit apud dictam ecclesiam residentiam facere nec eidem personaliter deservire, medietatem illam quam habuit dictis Fratribus, patronis suis, ad firmam tradidit; et datus est dies tam dicto Fratri Hospitalis quam Simoni, cappellano, in crastino Assumptionis Beate Marie, ut coram domino Episcopo compareant, et dominus Episcopus eis faciat quod de concilio Capituli Lincolniensis viderit faciendum; et facta sunt hec presentibus Priore de Cadewella, R., Archidiacono Huntingdoniensi, Magistris W. de Lincolnia, et Theobaldo de Cantia, et aliis.

---

[*The Prior of Bridlington to appear before the Bishop to exhibit his writings as to his entry upon the Church of Edenham, and as to Vicarages not to be constituted by the Bishop in his* [*the Prior's*] *Churches.* LINCS.

*Also Simon de Bamburgo, Vicar of Wyham, to answer as to his forming the Church of Edenham and Baumber, and why he did not reside in his own vicarage. The rest of the entries are too illegible to summarize.*]

Datus est dies Priori de Bridlingtona in crastino Assumptionis Beate Marie, apud Lincolniam, ut compareat coram domino Episcopo ostensurus privilegia et autentica scripta sua, que dicunt se habere tam super canonico ingressu suo in ecclesia de Hedenham quam super vicariis in ecclesiis suis per Episcopum non ordinandis; similiter etiam in verbo [promissurus ?] quod stabit mandatis domini Episcopi super excessibus ei objectis; et beneficia sua super hoc obligavit.

Idem dies datus est Symoni de Bamburgo, vicario de Wyham, ut ibidem compareat responsurus et satisfacturus super eo quod ecclesiam de Hedenhame et de Bamburgha etiam recepit ad

firmam, et quare non fecit residentiam in predicta vicaria sua ad quam cum tali onere fuit admissus.

[Galfrido?] . . . . de Stikeswauda, electo in Magistrum Domus de Stikeswauda a Priorissa et conventu de Stikeswauda, qui domino Episcopo presentatus est, admissus . . . . . . . . . . . .
. . . . per dominum Episcopum eandem pr[?ocur]ationem in manu domini Episcopi resignavit [?].

[*Following this are seven lines, which, being on the last portion of the roll on the dorse, are too much rubbed to be legible. This membrane is much damaged; part is torn away, and it has been repaired by stitching.*]

---

*We now return to the entries on the face of the roll.*

[*Alexander, chaplain, instituted to the church of Bradenham on the presentation of Henry de Oyly; he is to reside and serve personally.*] BUCKS.

BREDHAME.—Alexander, cappellanus, presentatus per Henricum de Oyly ad ecclesiam de B[ra?]dehama, post inquisitionem per Willelmum de Tintona factam, per quam negotium fuit in expedito, admissus est et persona in eadem institutus, cum onere ut ibidem residentiam faciat et in propria persona eidem ecclesie deserviat. Et injunctum est Magistro Theobaldo de Cantia, tunc presenti, ut secundum eandem formam mittat eundem Alexandrum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*William de Lincoln instituted to the church of Sutton; presented by the Abbot and Convent of Croyland by the dispensation of the Legate Gualo.*] LINCS.

SUTTON.—Magister Willelmus de Lincolnia, presentatus presentatus (*sic*) per Abbatem et conventum Croilandiensem, ad ecclesiam de Suttona per dispensationem Domini Gualonis Legati, dispensantis cum eodem, est admissus et persona institutus.

---

[*Robert de Attenestona, clerk, instituted to the church of Maidford; presented by Henry de Alneto. The vicarage of Robert Burdet is reserved, he paying a pension of 2s. to Robert, as parson. If the vicarage become void in the time of Robert, the parson, and the whole church does not exceed five marks in value, he shall serve personally.*] NORTHANTS.

MAIDEFORDE.—Robertus de Attenestona, clericus, presentatus per Henricum de Alneto ad ecclesiam de Maideforda, post in-

quisitionem per Archidiaconum Norhamtoniensem factam, per quam negotium fuit [in expedito] admissus est et persona institutus in eadem, salva Roberto Burdet, vicario, vicaria sua quam habet in eadem, reddendo eidem Roberto, tanquam persone, duos solidos annuos de eadem ecclesia nomine pensionis. Si vero dictam vicariam tempore ipsius Roberti persone quocumque casu vacare contigerit, et tota ecclesia non excedat estimationem quinque marcarum vel infra subsistat, idem Robertus, persona, tenebitur in propria persona eidem ecclesie deservire.

---

[*Thomas, son of Peter, clerk, instituted to the portion in the church of Byham which Geoffrey de Bramford held, reserving a pension to the Abbot and Convent of Thorington, who presented him.*] LINCS.

BYHAME.—Thomas, filius Petri, clericus, presentatus per Abbatem et conventum de Thorentona ad portionem in ecclesia de Bihama quam Galfridus de Bramforda tenuit, salva eis debita pensione, post inquisitionem tamen per J. de Horkestowa, Officialem Lindesiensem (*sic*) factam, per quam negotium fuit in expedito, ad eandem portionem est admissus et persona in eadem institutus; et injunctum est eidem Officiali, tunc presenti apud Norhamtoniam ad ordines, ut mittat eundem Thomam in corporalem illius portionis possessionem.

---

[*Godfrey, chaplain, instituted perpetual vicar of Brant Broughton; presented by Roger de Montbegon. The vicarage consists of the altarage, the church land, and the tithes of 12 oxgangs of land in the fields of Little Stapleford, a chapel of Broughton.*] LINCS.

BRUCTONE.—Godefridus, cappellanus, presentatus per Rogerum de Monte Begon[is] ad vicariam ecclesie de Bructona, post inquisitionem per Magistrum J. de Horkestowa, Officialem Archidiaconi Lincolniensis, factam, cum negotium esset in expedito, admissus est et vicarius perpetuus in eadem institutus. Consistit autem dicta vicaria in altalagio et in terra ecclesie, et in decimis duodecim bovatarum terre in campis Parve Stapleforde que est cappella de Bructona. Et injunctum est eidem Officiali ut mittat eum in corporalem illius vicarie possessionem.

---

[*Robert de Coventry, chaplain, instituted to a mediety of the church of Stickford; presented by the Prior and Convent of Markeby. He is to serve personally.*] LINCS.

STIKEFORDE.—Robertus de Coventria, cappellanus, presentatus per Priorem et conventum de Markeby ad medietatem ecclesie de Stikeforda, cum per inquisitionem, per Magistrum J. de Horkestowa, Officialem Archidiaconi Lincolniensis, factam, negotium esset in expedito, admissus est et persona institutus in eadem. Et injunctum est eidem Officiali, tunc presenti apud Norhamtoniam, ut mittat eum in corporalem illius medietatis possessionem; et debet idem Robertus eidem medietati in propria persona deservire.

---

[*The Prior and Convent of Thornholme have anew, by grant of the Bishop, the third part of the sheaves, which Roger held in the church of Cadney. Hugh, chaplain, presented by them, is instituted perpetual vicar. The vicarage ought to be of the full value of 100s., consists of the altarage and small tithes and other things belonging to the altarage. The vicar is to pay synodals only, the Prior and Convent to bear all other burdens. The chaplain is to serve personally.*] LINCS.

KADENAY.—Prior et conventus de Tornholma de novo habent, ex concessione domini Episcopi, tertiam partem garbarum quam Rogerus tenuit in ecclesia de Kadenay. Hugo vero, capellanus, presentatus ad perpetuam vicariam ejusdem ecclesie per eosdem Priorem et conventum de Tornholma, admissus est et vicarius perpetuus institutus in eadem. Debet autem vicaria esse plene estimationis centum solidorum, et consistit in toto altalagio illius ecclesie et omnibus minutis decimis et rebus aliis ad altalagium spectantibus, sicut in inquisitione per Magistrum J. de Horkestowa, Officialem Archidiaconi Lincolniensis, facta annotata est. Ita tamen quod idem vicarius . . tantum sinodalia solvet, Prior autem et conventus omnia alia onera ejusdem ecclesie sustenebit. Et mandatum est eidem Officiali ut permittat dictis Priori et conventui illius ecclesie beneficii possessionem gaudere, salva vicaria memorata, in cujus corporali possessione mittat ipsum Hugonem, cappellanum, secundum formam premissam. Debet etiam idem cappellanus eidem ecclesie personaliter deservire.

---

[*Peter de . . . . . ath, presented by the Prior and Convent of Ormesby to the church of Welton after determination of a suit as to the presentation, is instituted by dispensation of Gualo the Legate.*] LINCS.

Petrus de . . ath, presentatus per Priorem et conventum de Ormesby ad ecclesiam de Wellitone, post inquisitionem factam, sopita contentione inter partes que super jure presentationis habebatur, per dispensationem Domini Gualonis, Legati, admissus est et persona institutus in eadem.

---

[*William de Linden presented by the Bishop of Salisbury to the Salisbury prebend of Grantham, void by the resignation of Richard, chaplain of the said Bishop, is admitted there.*] LINCS.

Willelmus de Lindeñ, clericus, presentatus per dominum Episcopum Saresbiriensem ad prebendam Saresbiriensem de Grahama, que fuit Ricardi, cappellani ejusdem Episcopi, per resignationem ipsius Ricardi vacantem, admissus est . . . . Et mandatum est G. de Innocentibus, Officiali Archidiaconi Lincolniensis in Ketstefn[eia] ut ipsum Willelmum, vel procuratorem suum ad hoc specialiter missum, mittat in corporalem illius prebende possessionem.

---

[*Lambert de Bradeham, now presented by the Prior and Convent of Spalding to the perpetual vicarage of Melton, Ross, since he had obtained the charge thereof from the Bishop, is instituted vicar. A pension of six marks, if due and ancient, reserved to the Prior and Convent. The vicarage to be augmented as the Bishop shall direct. Lambert the vicar is to be ordained: nevertheless he shall have a proper chaplain as coadjutor to serve the church and minister to the parish, because he himself is aged and feeble in body.*] LINCS.

Lambertus de Bradeham, presentatus pridem per Priorem et conventum de Spaldinga ad perpetuam vicariam de Muletona, cum idem custodiam illius vicarie ex concessione domini Episcopi [o]ptinuisset, ad eandem tandem vicariam admissus est, et vicarius perpetuus institutus, salva dictis Priori et conventui pensione sex marcarum, si debita fuerit et antiqua; cum [inventa?] fuerit esse talis augmentabitur vicaria ipsa secundum quod disposuerit dominus Episcopus. Injunctum est etiam eidem Lamberto vicario ut

ordinetur; nichilominus tamen habebit socium cappellanum idoneum coadjutorem ad deserviendum ecclesie et ministrandum parochie, sicut decet, cum ipsemet majoris sit etatis et corpore debilis; et injunctum est, etc.

---

[. . . . . *de Gertre, instituted to the church of Stretton; presented by the Abbot and Convent of Tupholme.*] LEICS.

. . Dec' de Gertre, presentatus per Abbatem et canonicos de Tupeholma ad ecclesiam de Stretton, cum per inquisitionem inde per Magistrum J. de Horkestowa factam negotium esset in expedito [admissus est] et persona institutus in eadem ; et mandatum est, etc.

---

[(*John?*) *son of the noble Peter Sarraceni, a Roman citizen, is instituted to the church of Citerton by his proctor Velletranus, canon of Avranches; presented by Richard de Umfraville on the dispensation of the Legate. Cf. p. 41 ante.*]

[Johannes ?], filius nobilis viri Petri Sarracensis, civis Romani, clericus, ad presentationem Ricardi de Umframvilla, ad dispensationem Domini Gualonis, etc., Sancti Marci presbiteri Cardinalis, Legati, dispensantis cum eodem, per procuratorem ipsius, J. Velletranum, canonicum Abrincensem, ad ecclesiam de Citertona cum pertinentiis suis est admissus, et per eundem procuratorem in eadem [persona] institutus ; et mandatum est, etc.

---

[*H . . . . Cambio, clerk, instituted to the church of Kilby; inducted by the Bishop.*] LEICS.

H[. . . . .] Cambio, clericus, ad ecclesiam de Kildeby, quam dominus Episcopus ei, tanquam patronus ejusdem ecclesie, contulit, est admissus et persona in eadem institutus ; et mandatum est . . . ut mittat ipsum H. in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[. . . . . *presented by Robert de Lacelle, his father, instituted to the church of Swaffield, void by the promotion of W., Archdeacon of Buckingham, late rector.*] LINCS.

[. . . . . .] presentatus per Robertum de Lacelle, patrem suum ad ecclesiam de Swafelda vacantem, eo quod W., Archidiaconus Bukingehamiensis, qui ejusdem ecclesie rector fuerat,

tunc [? Officialis] Wygornensis, post inquisitionem inde factam per G. de Innocentibus, Officialem Archidiaconi Lincolniensis, cum omnia essent in expedito, admissus est et institutus persona in eadem ; et mandatum [est eidem Officiali ut] mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*William, chaplain, instituted perpetual vicar of Dorney; presented by the Bishop of Chichester by reason of his wardship of the land and heir of Ralph de Avers.*] BUCKS.

[DORNEY].—Willelmus, cappellanus, perpetuus vicarius ecclesie de Dorney, ad presentationem domini Episcopi Cestrensis . . . . ratione custodie terre et heredis Radulphi de Avers . . . . inquisitione per W. Archidiaconum Bukingehamiensem facta, per quam negotium fuit in expedito, ad eandem ecclesiam est admissus cum omnibus ad eam pertinentibus, et persona in eadem institutus. Et mandatum est eidem Archidiacono ut mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Martin de Pateshulla instituted to the church of Wraysbury; presented by the Abbot and Convent of St. Peter, Gloucester, on the resignation of Robert de Dur . . . . by dispensation of the Legate. An ancient pension is reserved to the Abbot and Convent of Gloucester.*] BUCKS.

[WYREDEBIRIA].—Martinus de Pateshulla, presentatus per Abbatem et conventum sancti Petri Gloucestrensis ad ecclesiam de Wyredebiria, post inquisitionem per Archidiaconum Bukynghamiensem factam, et resignationem Roberti de Dur . . . . , quondam ejusdem ecclesie persone, receptam, per dispensationem domini Gualonis, Legati, est admissus, et in eadem persona institutus ; salva dictis Abbati et conventui antiqua et debita pensione ; et mandatum est T., Officiali Archidiaconatus Bukyngehamiensis, ut secundum formam premissam mittat eum in corporalem possessionem.

---

[*Thomas de Fiskertone, chaplain, instituted to the church of St. Peter, Northampton; presented by the Prior and Convent of St. Andrew, Northampton. An ancient pension of six marks is reserved to the Abbot and Convent.*]

SANCTI PETRI, NORHAMPTONIENSIS.—Thomas de Fiskertona, cappellanus, presentatus per Priorem et conventum Sancti Andree

Norhamtoniensis ad ecclesiam Sancti Petri Norhamtoniensis cum pertinentiis, admissus est et institutus in eadem persona, salva dictis Priori et conventui debita et antiqua sex marcarum pensione. Missus est autem per procuratorem R., Decani de Bukeby, in corporalem illius ecclesie et pertinentium possessionem.

---

[*Richard de Atteberge, clerk, collated by the Bishop to the church of Gosberton, reserving to Hugh Burgundiensis the vicarage he held; a croft is reserved to Richard for a parsonage house.*] LINCS.

GOSEBERTCH[URCH].—Ricardus de Atteberga, clericus, ad ecclesiam de Gosebertchirka, quam dominus Episcopus, ut portio que de advocatione ipsius domini Episcopi esset, ei contulit, admissus est et institutus in eadem, salva Hugoni Burgundiensi vicaria sua quam habet in eadem, tenendo eandem ecclesiam quamdiu vixerit, et reddendo eidem Ricardo, tanquam persone . . . . . . remanente tamen eidem Ricardo crofto ad edificium persone assignato.

---

[*Henry de Welle, chaplain, instituted to the church of Farndish, which the Bishop conferred on him by authority of the Lateran Council.*] BEDS.

. . . . . Henricus de Welle, cappellanus, ad ecclesiam de Fernedis, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii Lateranensis, admissus est et persona in eadem institutus salva . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*Torn away.*]

---

[*Nicholas de . . . . . presented by the Abbot and Convent of Peterborough to the church of . . . . .*]

. . . . . . Nicholas de . . . . presentatus per Abbatem et conventum de Burgo ad ecclesiam de . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*The condition of this membrane is such that it is impossible to say how much may have been torn away from the end of the roll.*]

---

*On the dorse of mem. 5 of this roll, following after the two letters of R. de Chester (p. 31 ante):—*

[*The following are the clerks whom the Bishop instituted to benefices, after his last return from over seas, by authority of the Lateran Council, saving the rights of any who hereafter should purchase the rights of patronage.*

[*Others, on whom in like manner he conferred benefices, are entered on the other side of this roll, who afterwards had letters of presentation or the assent of the true patrons.*]

Isti sunt clerici quibus dominus Episcopus, post ultimum reditum suum a partibus transmarinis, auctoritate Concilii Lateranensis contulit beneficia subscripta et ipsos in eisdem instituit, salvo jure quorumcumque patronorum in posterum qui in beneficiis eisdem jus patronatus emerant. Sunt etiam alii quibus ipse simili modo beneficia contulit qui ex alia parte hujus rotuli secundum ordinem annotantur, et qui, post [admissionem] et institutionem eis ab Episcopo factam, a veris patronis eorundem beneficiorum ad eadem beneficia sunt litteratorie presentati, vel ipsi facto domini Episcopi assensum prestiterunt.

---

[*Thomas de Norton, chaplain, instituted to the church of Beesby, which the Bishop conferred on him by authority of the Council: he rendering to the Canons of Markeby and to the Nuns of Greenfield a gold piece from each of the medieties of which they were respectively patrons.*] LINCS.

Thomas de Norton, cappellanus, ad ecclesiam de Besaby, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus in eadem, salvo jure, etc., reddendo, sicut postea ordinavit dominus Episcopus, Canonicis de Markeby de medietate illius ecclesie que de eorum est advocatione unum aureum, et monialibus de Grenefelda alium aureum de alia medietate illius ecclesie que de earum est advocatione.

---

[*Stephen de Fossa Nova, nephew of the Pope's chamberlain, instituted to the church of Nettleton: Senebald, his proctor, was put in possession.*] LINCS.

Stephanus de Fossa Nova, nepos Camerarii domini Pape, ad ecclesiam de Netteltona, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus in eadem cum omnibus pertinentiis suis, et missus Senebaldus, procurator ipsius, in corporalem illius ecclesie possessionem, salvo jure, etc.

[*Eudo, bailiff, instituted to the church of Oxcombe.*] LINCS.

Eudo, prepositus, ad ecclesiam de Oxecumba, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus in eadem; et mandatum est Magistro J., Officiali Archidiaconatus Lincolniensis ut mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem, salvo jure, etc.

---

[*Richard de Saltfletby, clerk, instituted to the church of East Bretworth.*] [ ? ]

Ricardus de Saltflettby, clericus, ad ecclesiam de Estbretwortha, quod (*sic*) contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus persona in eadem, salvo jure, etc.

---

[*Andrew, son of Octavian Tecald, a Roman citizen, instituted to a mediety of the church of Horbling.*] LINCS.

Andreas, filius Octoviani Tetald, civis Romani, ad medietatem ecclesie de Horbling, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus in eadem, salvo jure, etc.

---

[*Gilbert de Jone . . . . dean of the City of Lincoln, instituted to the church of Ingham.*] LINCS.

Gilebertus de Jone . . h, Decanus Çivitatis Lincolniensis, ad ecclesiam de Ingeham, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus in eadem, salvo jure, etc.; et mandatum, est Magistro S. de Scalleby, Officiali Archidiaconatus Stowensis, ut mittat eum in corporalem possessionem ejusdem ecclesie.

---

[*Gilbert de Dubrig, chaplain, instituted to the church of Sudbrook, afterwards admitted on the presentation of Robert, Abbot, and the Convent of Barling.*] NORTHANTS.

Gilebertus de Dubrig, cappellanus, ad ecclesiam de Suthbroca, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et in eadem persona institutus, salvo jure, etc. Qui postea ad presentationem Roberti Abbatis et conventus de Barling ad eandem ecclesiam est admissus.

---

[*Gilbert de Blech*[*ui*]*t instituted to the church of Northorpe. The vicarage of William Martel, subject to a pension of 3 marks to Gilbert as parson, is reserved.*] LINCS.

Gilibertus de Blech[ui]t, ad ecclesiam de Northorpa, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus persona in eadem, salvo jure cujuscumque patroni, etc., et salva vicaria Willelmo Martel qui dictam ecclesiam tenebit quoad-vixerit, reddendo eidem Giliberto, tanquam persone, tres marcas de eadem ecclesia nomine pensionis.

---

[*John de Hylle, nephew of the Archdeacon of Stow, instituted to the church of Blaby.*] LEICS.

Johannes de Hylle, nepos Archidiaconi Stowensis, ad ecclesiam de Blaby, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est.

---

[*Warren, chaplain to the King, instituted to the church of Wath.*] LINCS.

Guarinus, cappellanus Domini Regis, ad ecclésiam de Waud, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et persona in eadem institutus, salvo jure patroni, etc.

---

[*Robert de Dunholma, clerk of William de Welles, instituted to the church of Eastwick.*] HERTS.

Robertus de Dunholmia, clericus Willelmi de Welles, ad ecclesiam de Estwic, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et persona in ea institutus, salvo jure cujuscumque patroni, etc.

---

[*Mathew de Welles instituted to the church of Chinnor.*] OXON.

Magister Matheus de Welles ad ecclesiam de Cennore, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, cum omnibus pertinentiis suis, admissus est et persona institutus, salvo jure cujuscumque patroni, etc.

---

[*William de Leonis instituted to the parsonage of the church of Bisbrook.*] RUTLAND.

Willelmus de Leonis ad personatum ecclesie de Bechebroca, quem contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et persona in eadem institutus, salvo jure, etc.

[*Henry de Graveley, instituted to a benefice in the church of Offley, viz., a mediety of the tithes, etc., which belong to the share which Ralph de Ambly held: the right of any patron who should buy the right of patronage is reserved.*] HERTS.

Magister Henricus de Gravel, ad beneficium in ecclesia de Offelega, scilicet medietatem decimarum de garbis cum terra et aliis omnibus que pertinent ad illam partem quam Radulphus de Ambly, clericus, in eadem ecclesia tenuit, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et persona in eadem institutus, salvo jure cujuscumque patroni in posterum qui jus emerat patronatus in beneficio memorato.

---

[*Henry de Wycombe, instituted to the church of Sarsden.*] OXON.

Magister Henricus de Wycomba ad ecclesiam be Sacresdona, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii Lateranensis, admissus est et institutus persona in eadem, salvo jure, etc.

---

[*Nicholas de Evesham, instituted to the church of Tring; the right of the Prior and Monks of Rumley therein and an ancient pension reserved.*] HERTS.

Magister Nicholas de Eveshama, ad ecclesiam de Trenge, quam dominus Episcopus contulit ei auctoritate Concilii Lateranensis cum omnibus pertinentiis suis, admissus est et institutus persona in eadem, salvo jure Prioris et monachorum de Rumely, in posterum quod eis competit in eadem ecclesia, et salva eis debita et antiqua pensione.

---

[*Guy de Digeneswelle is instituted to the church of Digswell.*] HERTS.

Guido de Digeneswella, clericus, ad ecclesiam de Digeneswella, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et persona institutus in eadem; et injunctum est Archidiacono Huntingdoniensi, presenti, ut mittat eum in corporalem illius ecclesie possessionem.

---

[*Ralph de Warvilla is instituted to the church of Grainthorpe, by dispensation of the Legate: the right of the Prioress and Nuns of Alvingham is reserved.*] LINCS.

Radulphus de Warevilla, ad ecclesiam de Germundthorpa, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii Lateranensis, admissus est et institutus persona in eadem per dispensa-

tionem domini Gualonis Legati dispensantis cum eodem, salvo jure Priorisse et monialium de Alvingehamia quod eis competit in eadem ecclesia post decessum ipsius Radulphi.

---

[*Nicholas Bastun, clerk, instituted to the church of Muckton.*] LINCS.

Nicholaus Bastun, clericus, ad ecclesiam de Muketona, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii Lateranensis, admissus est et in eadem persona institutus, salvo jure cujuscumque patroni, etc.

---

[*William le Canteis instituted to the church of Stilton.*] HUNTS.

Willelmus le Canteis ad ecclesiam de Stiltona, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii Lateranensis, admissus est et in eadem persona institutus, salvo jure, etc.

---

[*John de Chategrave, clerk, instituted to the church of All Saints, Sawtry.*] HUNTS.

Johannes de Chategrava, clericus, ad ecclesiam Omnium Sanctorum de Sautre, quam contulit ei dominus Episcopus auctoritate Concilii, admissus est et institutus in eadem persona, salvo jure, etc.

---

[*The prebend of Little Bytham, late Hubert de Alost conferred on William de St. Germain, writer of the Pope.*] LINCS.

Prebendam de Byham, que fuit Huberti de Alost contulit dominus Episcopus, auctoritate Concilii, Magistro Willelmo de Sancto Germano, scriptori Domini Pape.

---

[*The Bishop conferred a mediety of the church of* [*Colsterworth?*] *on David de Sancto Edwardo.*] LINCS. ?

Medietatem ecclesie de Co[s ?]morde contulit dominus Episcopus auctoritate Concilii Davidi de Sancto Edwardo, clerico.

---

[*William de Cau*[*er*] *admitted to the church of Doddington.*] LINCS.

Willelmus de Cau[er ?] ad ecclesiam de Dodingtona, quam contulit ei dominus auctoritate Concilii, est admissus.

A long notice of Part I, of an appreciative character, appeared in *The Athenæum* of 1 July 1905. Some criticisms and suggestions made by the reviewer may be dealt with. First, as to the complaint that the names of Editor and Transcriber are not given. To place names upon the outside wrapper of an instalment of a work such as this might appear to savour of personal advertisement. Such information will be better given when the time comes to issue the title page and preface. It is obviously right that members should know who is responsible for all work done. The reviewer, after pointing out how difficult it is to identify such place-names as "Sutton" or "Weston", says that it was "sheer laziness" to leave unidentified "Weston", mentioned on p. 2. It is a curious expression for a reviewer to use, but the corrigenda show that the place may be identified with Edith Weston, Rutland. The reviewer raises a question as to the expediency of issuing the publications of the Society in quarterly parts, and suggests that it would be better to put out a bound volume of fairly respectable dimensions. With a Society like this, appealing to a very extensive area, it is needful to interest a wide circle of readers, and, moreover, also to issue the publications at as short an interval as possible, and therefore this method, which has proved advantageous in the case of the British Record Society, has been adopted for the Canterbury and York Society. The reviewer also pleads for a reconsideration of the proposal to print some of the Reformation Registers, and would prefer that the Society should at first deal only with those of the earlier periods. For the sake of the members whose interests vary, both in chronology and locality, it has been thought best to decide upon an equally varied treatment of the issues of the publications. It may interest the Reviewer to know that one member has pleaded for the issue of some of the eighteenth century Registers as being "likely to prove more generally useful than the earlier ones". Attention is also called to the omission of any mention of some of the work of the Surtees Society in this direction. That association issued, in 1872, the Register of Archbishop Gray of York, 1215-55, as their volume lvi, and last year the Register of Archbishop Gifford, 1266-79, as volume cix. This last was edited by Mr. William Brown and the former by the late Canon Raine.

---

Members may be glad to have for reference a short account of the *Liber Antiquus* of Bishop Hugh.

The *Liber Antiquus* of Bishop Hugh is a small square volume of thirty-three parchment leaves, and according to Canon Perry was mostly written in 1218. It is in excellent preservation, and was transcribed by Mr. Alfred Gibbons, who printed it in 1888. In the printed copy of the book the *Oxfordshire* vicarages commence on page 1 and in the MS. on fo. 1, and fifty-six vicarages are entered. *Buckinghamshire* commences on p. 12 and fo. 4*a*., and forty-five vicarages are noted. The *Bedfordshire* list begins on p. 20 and fo. 6*b*, and names forty-two vicarages. *Huntingdonshire* will be found on p. 26 and fo. 8*b*, and twenty-one churches are entered. *Northamptonshire* follows on p. 31 and fo. 10*a*, and records forty-seven vicarages. The archdeaconry of *Lincoln* on p. 41 and fo. 13*a*, includes one hundred and forty-one vicarages. The archdeaconry of *Stowe*, commencing on p. 68 and fo. 19*b*, names twenty vicarages. The remainder of the volume, pp. 72-106, fos. 23*a*-33*a*, is occupied principally with copies of deeds of *appropriations* which relate to seventy-nine places. The printed volume is in demy octavo, and though it appears generally to be an accurate transcript, there is unfortunately no index of names, and its format is not altogether satisfactory.

W. P. W. P.

# The
# Canterbury and York Society.

*Established* 1904, *for Printing Bishops' Registers and other Ecclesiastical Records.*

---


### Joint-Presidents.

His Grace The ARCHBISHOP OF CANTERBURY.
His Grace The ARCHBISHOP OF YORK.

### Vice-Presidents.

His Grace The DUKE OF PORTLAND, K.G.
The Right Rev. The BISHOP OF BRISTOL.
The Right Rev. The BISHOP OF LICHFIELD.
The Right Rev. The BISHOP OF PETERBOROUGH.
The Right Rev. The BISHOP OF SALISBURY.
The Right Rev. The BISHOP OF SALFORD.
The Right Hon. LORD HAWKESBURY, F.S.A.
The Right Hon. LORD GEORGE HAMILTON, M.P.
The Hon. Mr. JUSTICE JOYCE.
Sir H. C. MAXWELL LYTE, K.C.B.

### Interim Committee.

CHANCELLOR CHADWYCK HEALEY, K.C.
HERBERT CHITTY, Esq., M.A.
Rev. W. H. FRERE, M.A.
E. A. FRY, Esq.
Right Rev. ABBOT GASQUET, D.D.
EVERARD GREEN, Esq., F.S.A.
Rev. Preb. HINGESTON-RANDOLPH.
Rev. W. H. HUTTON, B.D.
C. JOHNSON, Esq., M.A.
G. W. MARSHALL, Esq., LL.D.
G. G. PHILLIMORE, Esq., M.A., B.C.L.
J. W. WILLIS-BUND, Esq., M.A., F.S.A.

### Hon. Treasurer.

F G. HILTON PRICE, Esq., Director, Society of Antiquaries.

### Joint General Editors.

W. P. W. PHILLIMORE, Esq., and C. JOHNSON, Esq.

### Hon. Secretaries.

W. P. W. PHILLIMORE, Esq., M.A., B.C.L., and JOHN SADLER, Esq.


The Annual Subscription, *One Guinea* is due on the 1st July in each year.

All Subscriptions should be forwarded to—

F. G. HILTON PRICE, Esq.,
1, Fleet Street, London, E.C.

All applications for Membership and other communications respecting the Society and its work should be addressed to—

The HON. SECRETARIES,
The Canterbury and York Society,
124, Chancery Lane, London.

HECKMAN
BINDERY INC.
OCT 93
N. MANCHESTER,
INDIANA 46962